pem dicēs. Dn̄e p̄nceps Aui. ego Justinus. xl. ānoꝝ virtu
te tot° satis fortis. s. quo ad vitalē aialē ⁊ nālē: cordis pa-
rūp calidi: cerebri hūidi in caliditate mediocris. stōi declinā
tis ad lat° fridū: ⁊ parū epatis calī i p̄mo renū calidoꝝ in
p̄n° scōi. ⁊ debilitatoꝝ accītalr ob d̄bilitatē expulsiue coi
tus superfluitate: ⁊ artis exercitio vehemēti. necnō ex eorū
caliditate superflua attractiua multū vigorat̄ cū satis remissa
intestinoꝝ sensibilitate: habitudine: carnosus: ⁊ in spmati
cis robustus. ꝯplone sāguine° cū p̄ticipatiōe flegmatis ar-
te fabrili multū repletū: medicamīb° nō ꝯsuetus: sed bene
hunc morbo vētre nāliter satis lubricus: societatibus ⁊ bi-
bitiōib° deditus regiōe septētrionalis. iā in t̄pe autūni ae-
ris imoderata fridītate. Patior dolorē q̄ ē renalis cū pun
ctura acuta q̄ sentit̄ descendere versus pectinē: dolorē etiā
i eodē loco cōicato cū frequēti vomitu māe mixte ex fleg-
mate viscosa: multaq̄ colera vitellina pauca: ⁊ ē dolor in
tēsus valde v̄sus q̄ntū se extēdēs gradū mei respectu cui°
acuitate ⁊ magnitudīe lapidē p̄timesco p̄p poros vrīides d̄
scēdētē: dubitās. ne ide sequat̄ viarū aut vesice excoriatio
⁊ ē cū frequēti ⁊ pauco mictu: siue dissuria: vrīa tenuis val
de. Cui° cā ꝯiūcta est arenula: vel lapis iā factus. remota
v̄o ⁊ p̄mitiua inordinatū regimē ex p̄te sex rerū nō nāliū
p̄p ꝙ multiplicate sūt māe grosse viscose. q̄ p̄ assationē in
lapidē sunt cōuerse a caliditate renū excessiua. an̄s vero siue
materialis est flegma ipsum crudū: vel mucilago a stō vel
ab ep̄e ad renes transmissū ex inordinato regimine geni-
tum. Modo super his peto vestrum salubre consilium.

Ad que respondet princeps. p̄ ponendo
canones curatiōis: de
inde antidota q̄b° ipsi casi ꝯplent̄. Tertio subiugit casi. cō
positiuos siue magistrales. Quarto ad lat° inscribēdo ex
opposito casi ꝯpositiuoꝝ siue magistraliū ponit canones
vīiales. Ex q̄b° appet p̄rio ꝙ act° medicatōis ex trib° t̄m
ꝯsistit. sex casus ipsi° pōne: Notitia canonū. Et antidotū
casi. deseruiētuū. ⁊ hoc ē ꝙ pr̄ noster Cermison° sepe inge-
bat dum asserebat tria an̄ actualē medicationem noscere
oportere. ¶ Patet scōo ꝙ modus ⁊ ordo rōnis valde te-
nēdus ē i scribendis ꝯsiliis. Quē Cermisonus ipse suo ma
thematico atq̄ physico ingenio ytalos medicos illuminā
do adinuenit. ¶ Et vt facili° iuuenes ꝯp̄hēdāt q̄ dcā sūt
satis t̄n meo iudicio apta vnicū exēplar describā ꝯsilii. in-
xta casū primū ꝯpositum eis deseruiēs. ⁊ h̄ si primū istud
ordinauero ꝙ maius secretū artis medicie ē scire casū me-
dicinalē in suis termis ponere: ex quo casi. vt patuit facili-
ter diguntur: vn̄ cū libri auctoꝝ antidotis ipsis simplicibus
⁊ ꝯpositis morbis oib° appropriatis pleni sunt facile egri-
tudines ipse sic nocte curabunt̄. Ex q̄b° inferendū ē ꝙ de-
ridēdi sunt hi q̄ appriata t̄m sequunt̄ tanq̄: artis strictio
era ipsiū. s. casum negligentes. ¶ Primus. Ordinet̄ dieta
sex rerū id dictarū i oppositū cāe morbi ipsius in qualitate
q̄ntitate: t̄pe ⁊ hora. ¶ Scōs. Euacuent̄ māe cōes in mē-
bris nālibus ꝯtēte aliquātulū p̄prie p̄pter p̄pinquitatē
earū vijs duct° ⁊ repletionē: quā: ex iordinato regimie in-
cursus est. ¶ Tertius. Leniat̄ venter continue cū clisterijs
lenitiuis: īfrigidatiuis: abstersiuis ⁊ māe flegmatis aliq̄li-
ter eductiuis. ¶ Quartus. fiat flōis ex vena epatica cum
abstractiōe sex. ℥. sanguis vel circa. Quint° digerant̄ māe
p̄prie p̄mo digestiuis lenib° ad h̄ appropriatis. ¶ Sext°
euacuēt̄ dicte māe cū eiatiuis lenib° farmacijs appropria
tis. aut vomitu. si is facile fieri potuerit: q̄m̄ ex rebus ma-
gis iuuantib° inter eiones: ⁊ maxime post cibū statum ⁊ h̄
in casu nr̄o. ¶ Septimus. Cōfortet̄ epar cū fridis ⁊ aliq̄
liter stipticis a proprietate ⁊ a q̄litate manifesta epati huic
ꝯferētib°. ¶ Octauus. defendat̄ cerebrū ne vapores ele-
uatos recipiat: ⁊ ab eis offendat̄. vt inde dolor mitiget̄ aut
tollat̄. ¶ Non°. Exhibeant̄ siti mitigātia ac extinguētia.
¶ Decim°. digerant̄ scōo māe cum digestiuis fortioribus.
¶ Undecim° euacuent̄ dicte māe cū farmacijs fortiorib°
aliquālr mordicatiuis p̄p suoꝝ intestinoꝝ obtusitatē. nā
cū febris ipsa trāseat ex sui nā terminū tertiane pure: ⁊ igre
diat̄ spaciū op̄is tropicarē nō ē v̄isimile ipsā mām eradica
ri posse i vna eione minoratiua. attēta ex casu repletione.
quā asserit se incursaꝫ. ¶ Duodecim°is. Exhibeāt̄ postre
mo ad intra ⁊ ad ex̄ ꝯfortātia epar: ⁊ deopilātia ⁊ resoluē
tia residuū materierū i eo. aut locis p̄pinq̄s derelictarū.
¶ Jaꝫ restat dicere q̄uo ꝯplent̄ dicti casi. ⁊ p̄ q̄uo cōpletur
prim°. declinet dicta p̄ ad frigadū ⁊ hūidū: cū qua ponit̄
odor rei calefaciētis: nā cum sit colericus ⁊ exercitio mul-
tum deditus. indicatione etiam sumpta a febre ipsa: ⁊ a cā
cū colera ipsa in casu nō cōmisceat̄ multū flegmatis atten
ta etate ꝯpetūt frida ⁊ humida. cū q̄b° p̄p flegma addat̄
odor rei calide. Et q̄m̄ egritudo ē talis in scōo cōpetit fri-
gida ⁊ humida in eo. in māsione t̄n aliaꝝ: vt verbi gratia

egritudo ē in prima scđi frida exñt ⁊ i scđa scđi. ¶ Et nota huiusmodi: q̄ vsq̄ mō ab aliquo auctore nō inueni rē cōbalē fridā trāsire 2m gradū. de calā āt sic vsq̄ ad q̄rtum qđ credo ɔtigisse ex amicabilitate caliditatis humane, cōplexioni maiori ipsa friditate. ¶ Exēplū ⁊ ꝑcedā eo ordine quo ꝑcedi oȝ: nō tñ multiplicādo: ſȝ de singulo singulū ponā exēplū: ne ipsi⁹ exēpli nāȝ excedere videar. ¶ De aere: aer declinet ad fridū ⁊ hūidū: ⁊ satis notabilr propter eius imoderatā caliditatē quā actu hȝ: ipse nāq̄ plus operaſ in corpus hūanū alijs parib⁹ q̄ȝ cib⁹ ipse: ꝑpter ɔtinuā eius actionē in ipm. Sternātur itaq̄ frōdes frigide p camerā: aq̄ cū aceto spargaſ: ⁊ hmōi. ¶ De cibo. ⁊ lȝ panis ordei sua manifesta q̄litate videaſ maxime cōferre. tñ q̄ difficili⁹ pane frumēti digeritur: nec ē nāe ita familiaris spāliter apud nos: nō ita videſ ɔferre: sic panis de simula frumēti q̄ tēperate exiſtit ɔplōis: si bñ ɔsidereſ. ⁊ ē nāe hūane magis ɔformis: tū pp̄ vsum eius: tū pp̄ occultā ꝓprietatē ab auctorib⁹ in eo inuentā. ¶ De ferculis denſ lactes lactuca cū pauco salui: ⁊ decoquanſ in brodio pulli macri nā ⁊ brodiū carnis nō vr̄ cōpetere ipm tñ sic alteratum ɔfert: q̄ nā nr̄a carnū esui est ɔsueta. ¶ De carnib⁹. Carnes sunt ɔplōnis tēperate: aut ad calidū declināt: lȝ aliquī carnē gruis frigidā posuerūt: nō eligānſ tēpate: ⁊ in earuȝ decoctione altereſ cum blite: viola lactuca: ⁊ hmōi: tñ credo ex friditate aq̄ sola ipsas multū remitti i decoctione: ⁊ sūt pulli⁹: pdix: fasian⁹: vitul⁹. Itē gelatina ⁊c̄. ex carnibus facta. ¶ De piscib⁹. pisces cōpetūt petrosi. trute: temali. ƒegaroli ⁊c̄. ⁊ duri sūt assis. ħ i casu ɔueniētiores. ¶ De ouis. Oua alterata pñt ɔferre maxime tpe necitatꝭ ɔfortationis v̄tutis. Altereſ ħ mō. frāganſ oua i aq̄ endiuie: ⁊ i ea dimittanſ q̄tuor horis. deinde in aq̄ ferueti subito ꝓijciāſ ⁊ subito extrahanſ ne durescāt. ¶ De caseo. Cōpetit case⁹ recēter fact⁹ sine sale: i modica tñ q̄ntitate. ¶ De fructib⁹. Cōpetūt granata: pruna damascēa: arātia ⁊ hmōi. ¶ De saporib⁹. ex lactuca ⁊ endiuia: ⁊ petrosilino cū aceto cōpetit aq̄ ordei cū pauco ƺuccari diuꝝ coctarū: aut aqua simplex cocta cū si. acetoso: nō dixi aquā ordei: q̄m aggregare eā cū sy. acetoso ē illaudabile. Aui. pruna quarti. ō aq̄ ordei. ¶ De sōno ⁊ vigilia. Sōn⁹ sit equalis vigilie. vbi. gra. dormiat a pⁱa hora noctis: vsq̄ ad vnā horā diei. ⁊ i die nō dormiat: q̄m sōn⁹ diurnus iducit febres sitim ⁊ dolorē capitis. ¶ De motu ⁊ quiete. q̄es ꝑportionaliter sit motu lōgior: nec forti exercitio exponaſ. sed leui: ⁊ horis debitis. Itē fiāt fricatiōes extremoꝝ. nā ipse tenēt locum exercitij.

¶ De inanitione ⁊ repletione nō repleaſ: sed oī die hēat vētris bñficiū nā vel arte: ⁊ vtaſ enemat b⁹ siue clisterib⁹. de q̄bus infra. Hec sūt i ꝓposito multū vtilia. ⁊ Aui. gratissima: Et q̄ coitus sub inanitiōe ɔtineſ: ab eo abstineat. De accñtib⁹ aīe. nō irascaſ neq̄ turbeſ: sed pro posse leteſ: ⁊ in his modereſ: nā multū aī accñtia faciūt ad curā ipediendā ⁊ expediēdā. iuxta illud Hyp. scđa apho. Cōfortari mēte ⁊c̄. ɔtinue. n. corpori assistūt: nō tñ tm̄ faciūt quātū aer. ipsa. n. spūalr tm̄. aer vō spūalr ⁊ mālr. ¶ Post positionē reꝝ quo ad qualitatē q̄bus in dicta vti oȝ. ɔuenit vt ō eis q̄ ad q̄ntitatē: tēpus ⁊ horā aliq̄d dicaſ. ¶ De quātitate ⁊ tpe diete. in hac egritudine ɔsidereſ lōginquitas status: quēadmodū in alijs ɔuenit egritudinibus: ⁊ cū satis longinquus videaſ. lȝ nō multū: q̄ expectaſ. 18ª. vel. 20ª. die hinc in principio ⁊ augmēto ꝑcedaſ cū satis grossa dieta respectu ei⁹ qđ fieret in terciana pura: vñ si in pura dabis lib. in hac dabis. lib. ⁊. ℥. ⁊ ħ in discretione medici sit derelictū. Cū aūt appropinquat status subtilia modicū. in declinatione vero iterū ingrossa respectu eius quod in statu. Et q̄bus pȝ q̄ō se oȝ hēre in tēporib⁹ hmōi febris. ¶ De hora deſ cibus saltē q̄nq̄ horis ante aduentum posuimus. Et q̄bus pȝ cōplemētū pmi canonis exemplare.

¶ Pro scđo canone. lenitiuum ⁊ minoratiuum materiei cōiuȝ ⁊ ꝓprieꝝ. ℞. cassie fistu. nouiter extracte ⁊ electe. ℥. i. ʒ. electuarij de succo. ro. descriptione mesue. ʒ. i. extrahaſ cassia cū aqua absinthij ⁊ endiuie. añ. ꝑtibus eq̄lib⁹. Hoc lenitiuū ꝑcedēs assumat in mane p vnā horā ante diem calidum ⁊ non tepidū: vt cōiter exhibēt astātes in die quietis. Post eius assumptionē stet dormiēs si pōt in lecto per horā vel circa. deinde surgat: ⁊ aliquādo camerā aliqualr ꝑambulet vsq̄ ad horas q̄tuor post assumptionē clausis fenestris ⁊ tūc prādeat: ⁊ ea die se a sōno abstineat: nisi se multū debilitatū senserit ex eūone. q̄ futurū nō credo.

¶ Pro tertio cañ. clistere lenitiuū: īfridatiuū: abstersiuum ⁊ māe flegmatis aliq̄lr eductiuū. ℞. blitis matrum viole malue. añ. M. ʒ. furfurū frumēti q̄rtā partē. M. i. carthami. ℥. ʒ. olei viole. ℥. iiij. sal. cōis siue panis. ʒ. ʒ. carthamus ꝑus ɔtūdaſ. ⁊ cū ceteris ponaſ ad bulīedū in aqua sufficiētis quātitatis: ⁊ bulīāt vsq̄ ad ɔsūptionē tertie partis deīde colētur ⁊ fiat expressio ex eis: ⁊ de dicta colatura accipiaſ metreta. siue lib. i. deīde addaſ sal ⁊ oleū: ⁊ calidū i ponaſ sp̄ ē bonū: vt in clisteri aliq̄d remaneat ad euitādū īgressum aeris. Hoc clisteri vtaſ alternis dieb⁹ in die quietis mane. Post cuius assūptionē stet supra lectū iacēs sup vētrē. Et cū sic steterit p q̄rtā hore emittat ipsū ⁊ cū pannis leuiter calīs fricenſ vēter ⁊ hylia suauiter. Et post ei⁹ emissionē stet p mediā horā añq̄ȝ assūat cibū: vt vapores eīo sint sedati: ⁊ v̄t⁹ ex euāatiōe aliqualr debilitata restaureſ.

¶ Pro q̄rto cañ. fiat flōia vsq̄ ad extractionē ℥. ʒ. sāguīs ex vena epatica scā euōne leniūa in die q̄rtis seq̄ētis ꝑposito enemate per tres horas vel circa fiat talis flobotomia. Q̄ ō si timeſ de sincopi stet iacēs supine. ⁊ fiat preuisio cum arātijs: granatis: ⁊ hmōi: vt cōiter fit. Et post sanguis extractionē stet sic supinus p mediā horā: q̄m sincopis accidit magis post vene clausionem.

¶ Pro q̄nto cañ. digestiuū leue māe colerice nālis cū aliq̄li admixtionē flegmatis. ℞. sirupi acetosi simpl. ʒ. ʒ. viol. ℥. i. aquaꝝ endiuie. ʒ. ij. feniculi. ℥. i. misce. Istud digestiuū assumat q̄nq̄ diebus ɔtinuis calīȝ ⁊ nō tepidū hora vna vel duab⁹ añ diē saltē p⁹ cenā p hor. 8. ⁊ dormiat ad libitū ⁊c̄.

¶ Pro sexto cañ. minoratiuū facile appropriatum māe dicte. ℞. cassie fistule nouiter extracte. ℥. i. electuarij ō suc. ro. descriptiōe Nicolai. ʒ. ij. extrahaſ cassia cū aqua endiuie ⁊ absinthij. añ. q̄ntū sufficit: vt sit potabilis: ⁊ scito q̄ aliq̄liter aucta ē doſ. electuarij ꝑpter intestinoꝝ obtusionem. Post assūptionē digestiui accipiat ħ solutiuum calīm: vt supra de lenitiuo. Et eduxit bis vel ter: ħ ē per tres horas post ei⁹ assumptionē bibat vnū ciatū aq̄ ordei nō ƺuccarate calīm. deinde de horā: post assumat prādiū. Posset dari māna: reubarbarum: electuarium de psilio. ⁊ huiusmodi. sed hec sunt posita. gratis exempli.

¶ Pro septimo confortatiuum epatis: ⁊ sue caliditatis remissiuū. ℞. aquaꝝ endiuie. ʒ. iiij. rosate. ʒ. v. speꝝ sandalini cerotꝭ. ʒ. ij. misse. accipiaſ pecia linea duplicata lata ⁊ lōga fm. semissem: ⁊ infundaſ in dictis aquis. deinde exprimaſ ⁊ tepefiat: vel sic frigida epati apponatur ⁊ renoueſ pluries ante assumptionē cibi mane ⁊ sero. Potest similiter fieri vnguentum. emplm: vel cerotum ⁊c̄.

¶ Pro octauo defensiuū ne cerebrū recipiat vapores ⁊c̄. ℞. succi solatri. ℥. iij. albumina ouoꝝ numero quattuor aq̄ ro. ℥. sex. aceti. ℥. ij. ʒ. misce: ⁊ agitētur albumina fortiter. deinde simul cum reliquis misceātur forti cōmixtione. p⁹ istas euacuationes ⁊c. fiat cū petia linea circa frontē ⁊ tēpora vt de petia ponēda super epar dictū est: ⁊ hoc infestāte dolore. Et licet fricationes ad diuersum in hoc casu conferrent tñ de eis satis sit dictū de exercitio.

¶ Pro nono canone cōmuniter mitigāt sitim ƺuccarus cādie retentū in ore: pruna arātia ⁊c̄. valent semina citoniorum

rum:marasca sicca posita in aqua rc̃.sed vt dictuz est hic
sunt gratia exempli posita.

¶ Pro decimo canone digestiuum forti⁹ mãe iaz dicte. ℞.
syrupi de nenufare. ℥.ij.oxiçachare. ℥.s.aquarum acetose
violate.bethonice.añ.℥.i.misce. Et lz iulepiçatũ sit delecta
bilius vsui:tñ nõ iulepiçatũ est potẽtius.vbi tamẽ requiri
tur penetratio per eũ conuenit:vt iulepiçet̃ q̃ non est in ca
su nostro rc̃. Assumat hoc digestiuuz his modis quibus
dictum est de digestiuo leui superi⁹ posito.ita q̃ post assũ
ptũ minoratiuũ stet tribus diebus absq̃ assumptione ali
cuius medicine:sed post in quarto die incipiat assumere h̃
digestiuum ⁊ continue quinq̃ diebus vt supra.

¶ Pro vndecimo canõe euacuatiuũ eradicatiuũ mãe dcẽ
℞.manne electe.℥.s.reubar.ʒ.ij.aliter electuarij: succi ro.
ny.ʒ.2.spice.gra.sex.infundat̃ reubar.⁊ spica primo i vino
aromatico limphato cũ modico aque endiuie: ⁊ stent in
infusione per horas sex ad minus:deinde fiat corp expres
sio fortis cũ qua expressione dissoluat̃ mãna:⁊ totũ colet̃.
Deinde calefiat ⁊ ꝓpinet̃ post assumptionez digestiui su
perius positi. Assumat hoc solutiuũ calidũ: vt supra cuz
ordinib⁹ ⁊ aliĳs requisitis:vt supra de aliĳs dictum est.

¶ Pro duodecimo ⁊ vltimo cõfortatiuũ epatis deopilati
uum:⁊ caliditatis remissiuuz rc̃. ℞.trociscoꝝ de reubar
baro:de diarodõ.añ.℥.i.ex his fiãt pillule cũ syrupo de en
diuia.de his pillulis accipiat omni die post assumptionez
dictarũ medicinarũ quinq̃ ꝓ vice mane cuz surgit.post q̃s
stet horis duab⁹ anteq̃ comedat:⁊ cõtinuet vsq̃ ad finez
egritudis:q̃ si egritudo nõ recederet:vt sperat̃:opz redire
ad digestiua euãatiua rc̃.ƒm ordinẽ datũ:sicut dictũ est in
ꝑn⁹. Nõ multiplicaui exẽpla.nã de digestiuis euatiuis cõ
fortãtis rc̃.plã poni deberẽt ex pte ↄfectionũ vnctionũ rc̃
sed solũ sic ieiune trãsiui:tm̃ exẽplis intẽdẽs satisfacere.

¶ Postremo notãdũ:q̃ q: morbus ⁊ virtus nõ raro varie
tatẽ recipiũt nõ solũ gradualẽ.lz ⁊ formalẽ:tũ ex in fluxu
tẽpoꝝ:tũ ex parte virtutũ:tũ ex parte tempoꝝ medicina
lũ in fine cuiuslibet cõsilij q̃ de foris mittit̃ addi dz q̃ di
cta in ↄsilio tractent̃ ⁊ moderent̃ ↄsilio dominoꝝ medi
coꝝ astãtiũ:vt cõsciẽtie ꝑmo.deinde honori coꝝ satisfiat.

¶ Et ex his omnibus patet q̃s modus seruãdus in cura
cuiuslibet egritudinis:⁊ ex cõsequẽti in cõsiliĳs scribendis
rc̃. ¶ Pro quibus omnibus deo semp gratias ago.

¶ De compositione medicinarum.

Sed antequam ponatur modus rei medica
tionis p potionẽ: premittẽ
dum vt actũ est:q̃ v̄tutes medicinarũ a qbusdã ponunt̃
tres a qbusdã q̃tuor.⁊ ꝑmi de 3⁰.⁊ quarta vnã faciunt.vt
auer.v.col.vltimo cap. ¶ Sed ad clariorẽ doctrinaz ali
os seq̃ndo.dõm q̃ v̄tutes seu q̃litates medicinarũ sũt q̃t
tuor:nã hic virtutẽ accipio:vt est de p̄dicamẽto q̃litatis ⁊
est nãlis potẽtia q̃ ipa medicina corpori humano interius
vel exterius applicata ipsũ imutare. Dicit̃ ita virtus ꝑma
medicine naturalis potẽtia qua hz ob aliquã q̃litatem ex
primis corpus humanũ immutare:vt calefacere: infrigi
dare:humectare ⁊ exiccare. Scđa virtus est nãlis potẽtia
que habet in corpus humanũ iducere effectũ a quo deno
minat̃:lz fit in vigore qualitatũ ꝑmarũ:vt sunt effect⁹ ad
primos ꝑmarũ ↄsites:vt resoluere: aperire: attrahere: con
stringere: opilare: vlcerare:cõsolidare.⁊ huiusmodi. Ter
tia virtus est potẽtia nãlis:q̃ medicina magis vnũ mẽbrũ
q̃ aliud: aut vnũ locũ magis q̃ aliud respicit:⁊ in eo ali
ud q̃ in alio operat̃:vt dactilus respicit pulmonẽ magis
q̃ epar.simil̃r agaricus magis respicit pectus ⁊ colloqui
nida caput magis q̃ aliud mẽbrũ:⁊ ↄsil̃r de plurib⁹ aliĳs.

¶ Quarta virtus ẽ potẽtia nãlis qua effectũ p formã oc
cultã siue specificã in toto producit vt virt⁹ qua medicina
est solutiua ⁊ humorũ aliter eductiua aut venenũ quomo
doc̃uq̃ expulsiua:vel virt⁹ q̃ medicina est solutiua vẽtris
vomitiua:prouocatiua vrine:sudoris ⁊ venenũ bezoar.

¶ Ulterius notãdũ:q̃ medicine ex parte qualitatẽ ꝑmarũ
reperiunt̃ in quadruplici dñia. Quedã.n.dicunt̃ tales i ꝑ
mo. Quedã d.cunt̃ tales in scđo. Quedã i tertio. Que
dam in quarto:vt caliduz in primo.scđo.tertio vel quarto
frigidũ in ꝑmo:scđo:tertio vel q̃rto:ↄsil̃r de humidis ⁊ sic
cis dicendũ. Et cã oĩum hoꝝ ẽ:q: oĩs medicina talis cor
pori hũano occurrẽs in debita q̃ntitate:aut ipsuz nõ alte
rat:sic q̃ nec ipsũ calefacit aut infridat rc̃. sed ipsum ↄser
uat i sua ↄplõne calida:aut ipsuz alterat. Si ꝑmũ.medici
na ẽ tẽperata:vt capillus veneris: citrũ ⁊ hmõi. Si alterat
aut alterat occulte:q: nõ manifeste absq̃ rõcinio:vel mã
feste.si ꝑmũ ẽ ꝑm⁹ gradus.⁊ dĩ mãifeste rc̃.q:dato q̃ cali
tas ꝑmi gradus trahat hoiez ex latitudinẽ sanitatis:vt te
nuit gẽtilis:nõ tñ sic trahit.vt illa calitas vel friditas abs
q̃ discursu pcipiat̃:vt q: video ex calore iducto vrinã tin
ctiorẽ:pulsũ velociorẽ.ipsum sitculosuz:⁊ in h̃ gradu ca
liditas reponunt̃ absinthiũ camomilla:⁊ hmõi. Si mani
festa alterat h̃ tripl̃r.vel cũ tẽdẽtia ad corruptionẽ.vel nõ
vel medio mõ. Si ꝑmũ ẽ q̃rt⁹ grad⁹ calitatis in q̃ gradu
ponit̃ scamonea:euforbiũ. Si võ nõ cũ tẽdẽtia rc̃.⁊ sic est
secundus gradus in quo gradu caliditas reponitur i cina
momuz. Si medio modo.sic est tertius gradus in quo re
ponitur gariofilus. De quibus dari solent hi versus.

¶ Primus dicatur in quo sensus non dominatur.
¶ Sensibus equato gaudet natura secundo.
¶ Tertius excedit sed cum tolerantia ledit.
¶ Destructor sensus nescit ꝓcedere quartus.

¶ Circa quos notandũ ꝑ q̃ effectus terciũ triplicat̃ sup effe
ctũ primi ⁊ ita q̃rt⁹ q̃druplicat̃ ceteris sp paribus. ¶ Scđo
q̃ medicina talis i scđo i debita q̃ntitate talẽ effectũ pducit.q̃
si admistraret̃ i maiori q̃ntitate itẽsiorẽ effectũ ꝓduceret vt i
fra de q̃ntitate dicet̃. Ex quo inferri põt q̃ talis in ꝑ p aug
mẽtũ i q̃ntitate posset ꝓducere effectũ talis in scđo.⁊ sic de
h̃ ifra. ¶ Tertio q̃ auctores nr̃i his gradib⁹ assignauerũt
mãsiones.ita q̃ cuilibz coꝝ corrñdẽt tres mãsiões. prima
2ª.3ª.q̃s Sal.3⁰.tegni p micros declarauit. Uñ dicim⁹ hec
medicina ẽ cal̃a i ꝑ⁰ mãsiõe ꝑmi in 2ª aut i tertia:⁊ ↄsil̃r de
aliĳs. ¶ Quarto q̃ aliqñ repit̃ diuersitas i g̃duatiõe me
dicinarũ iter auctores nr̃os:q: aliqñ vn⁹ ponet.exẽpli grã
cepe calidũ i 3⁰.vt Auic.in 3⁰.cañ. Ga.võ in 4⁰.vt infra de
simplici medicina.vñ h̃ cãu dz h̃ modo ↄciliari p mãsiones
q: auic.posuit ipm̃ i fine tertie mãsiõis tertiũ gradus. Ga.in
pria⁰ ꝑme mãsionis q̃rti:⁊ ista abinuicẽ modicũ distãt fa
mosiori:tñ semp adhereas. Esto igit̃ sollicit⁹ ad sciẽdũ me
dicinarũ gradus ⁊ mãsiões graduũ.qm̃ al̃r recta medicia
rũ ↄpõ fieri nõ põt.vt ex sequẽtib⁹ appebit magis. Scias
etiã q̃ dcã discordia facit ad notitiã mãsionis simplicis.

Quibus habitis cũ his que dcã sũt in prin
cipio:cũ ad ↄpõnẽ medicine
venire cupiet incipiẽs ab alteratis dz medic⁹ i mẽte sua re
colligere itẽtiões oẽs q̃ sibi videnf necia ↄsiderãde i remo
tiõe talis vel talis egritudinis hito tñ ꝑ respectu ad v̄tutes
cui⁹ subaz nũc supponam⁹ ↄstãte. Et ꝑma sumit̃ a q̃ntitate
egritudinis i se. Scđa a mã egritudis:vt q̃litate ⁊ q̃ntitate
suba. Tertia a loco. Quarta a tpe. Quita a nã mẽbri:⁊ ip
sius colligãtia. Sexta ab his q̃ ↄsentiũt vel dissentiunt.

¶ Et pp primã itẽtionẽ dz medic⁹ i mẽte sua cũ artificiosa
ↄiectur atõe:vt supra sibi h̃ primũ statuere q̃ medicina to
ta ↄficiẽda vz eleuari i g̃du tm̃ bz q̃ p̄ternãlis dispõ.supra
nãlẽ eleuat̃:vt si p̄ternãlis eleuat̃ p duos grad⁹:⁊ medicia
p duos gradus. Itẽ si egritudo ẽ fortis ⁊ medicia dz eẽ for
tis si dbil̃ dbil̃.⁊ sp ꝓportionabil̃r.⁊ d̃ h̃ ifra. ¶ Et h̃ aduer
te q̃ sic hmõi assignãt grad⁹ i medicis alteratiuis.⁊ solu
tiuis vt ifra:ita egritudinib⁹ g̃d⁹ assignant̃.vt dicat̃ q̃ illa

egritudo est in primo gradu quādo inducit mala accidē-tia nō notabiliter pceptibilia: siue notabilr ledentia: vt est effimera aut tertiana pura leuis. ¶ Illa vō in secūdo gradu que inducit accñtia mala notabiliter ledentia: vt ē tertiana duplex. Illa autē in tertio que inducit accidētia mala multū notabiliter ledentia: vt tertiana continua. ¶ Illa vō in quarto que inducit accidentia ampla vehementer ⁊ notabiliter: valde ledentia apta in breui corpus corrūpere: vt est causon forte. Et cōsimiliter possunt assignari māsiones ꝛc. vt de alteratiuis dictum est. Considera.

¶ Propter scōam intentionē eligit medicinā contrarie qlitatis: q̄tum ad p̄mā qualitatē. p̄mo q̄ calīam frigidā ꝛc.

¶ Scōo ꝑpter q̄titatē eligit ipsam talem q̄tū ad qualitatē ⁊ v̄tutē scōaꝫ. vt q̄ resolutiuā ꝛc. ¶ Similr pp substātiā eligit medicinā tale scōe virtutis: vt subtiliatiuā incisiuam: vt si ē grossa subtiliantē: si viscosa incidentē. ⁊ similiter magis ⁊ minus subtiliatiuā: ⁊ sic de alijs ſ͞ꝫ multitudinē ⁊ grossiciem maiorē ⁊ minorē ipsius materie: nā materia existente multa ⁊ grossa in principio nō debēt exhiberi fortia subtiliatiua ⁊ aperitiua: naꝫ sic ptes calide subtiles euacuarenſ siue resoluerenſ: ⁊ remanentes ineptiores fierēt euacuatiōi siue resolutiōi: q̄ ptes calide resolute ꝛc. iuuabāt etiā resolutioni grossarū seu earū euacuatōi. Unde Aui. prima quarti. de cura putridarū in generali. ꝓhibet in prin° nimiū aperitiua exhiberi. Opꝫ ergo in recte operando medicuꝫ de faciliorībus ad faciliora trāsire. vt Cermosinus. noster. ⁊ Mesue de appropriatis. cap. de soda frigida sed hoīes nostri tp̄is nō patiunſ: ⁊ totū in eoꝝ caput reuertitur: sed in hoc conscientia non spernatur.

¶ Propter tertiā elegit medicinā talē q̄tū ad tertiā virtutē: vt q̄ egritudo est in pulmōe aut in stō aut alio loco elegit medicinā pectoralem vel stomacaleꝫ. Item ex h̄ cōprehendiſ p quā viā medicina exhiberi dꝫ. vt in p̄cedēti cap.

¶ Propter quartā moderat medicinā electā ꝑpter intentionem sumptam a qualitate materie morbi: vt q̄ in principio non dꝫ esse calida ⁊ frigida cōmiscēdo eam cum alijs que eius caliditatem aut eius frigiditatem remittat.

¶ Propter quintā eligit medicinā. vt verbi grā: q̄ mēbrūꝫ cui debet applicari ē rare substātie ⁊ dissolubilis q̄ ꝓhibet eius dissolutio. iē ⁊ applicatione medicine vehementer calide. vt cōmiscendo stiptica. Nā cū episcopi volum° applicare calida resoluētia materiā in eo cōtentā debemus cū his cōmiscere stiptica ipsiꝫ ꝯfortātia: ⁊ eius resolutionē prohibentia. vt spica spodiū ⁊ huiusmodi. Itē cū mēbrū est debile aut frigidū nō debemus applicare vehemētia calida: aut frigida: quoniam virtutes exterminantur.

¶ Propter membrū colligatū despicit medicus quandoqꝫ medicinam que conueniēs esset multuꝫ illi morbo. vt verbi gratia in febre tertiana pura rōne caumatis cordis cōpeteret potus plurime aque fride qui prohibetur propter debilitatem multamꝫ stomaci cordi alligati.

¶ Propter vltimā intentioneꝫ eligit medicus dosim medicine aliā ⁊ aliā: vt maiorem in iuuentute similiter fortiorē minorem in pueritia similiter ⁊ debiliorē. Similiter respectu regiminis temporis ꝛc. vt in hyeme fortiorem: debiliorem in estate. Et suo modo de alijs dicendum.

¶ Et sicut dcm̄ ē de alteratiuis: ita de solutiuis dōm. Unde: primo dꝫ esse medicus cōmēsurās q̄titatē egritudinis. q̄ si fortis fuerit cū forti medicina solutiua eā aggrediēda. vt v̄bi grā. q̄ ē furiosa: statiꝫ da eradicatiuo ꝑcedere. Nō enim intelligo medicinā fortem solutiuā: q̄ etiā furiosa: s͞ꝫ q̄ materiā subito extirpat: aut apta est extirpare seu vincere: sicut platonem dicimus sorte fortiorem. immo in materia venenosa debemus cauere a medicinis venenosis: s͞ꝫ de hoc infra magis. Debet scōo ꝯsiderari q̄litas q̄titas subā Qualitas: si est calida colerica eligit medicinaꝫ euacuatiuam vel euacuantem coleram. Si flegmatica: euacuantē flegma ⁊ huiusmodi. ¶ Quātitas: qm̄ si fuerit multa: de cuius multitudine timeam°: statim a p̄ncipio fortiter euacuamus: si nō multa ꝛc. digerim° pri°: deinde euacuam°.

¶ Substātia: vt q̄ si grossa: viscosa ꝛc. eligit que materiaꝫ educit grossam vt pillulas de sarcocolla ꝛc. ¶ Silr locū vt in capite ⁊ fuerit flegma eligit colloquintidaꝫ que a ꝓprietate a capite euacuat. ¶ Temp° vt cum egritudo fuerit in principio nō cōpetūt fortia tm̄. sicut i statu aut declinatione: qn̄. s. mā est bene digesta. ¶ Naturaꝫ mēbri vt si fuerit principale nō debem° euacuare in vna vice ꝛc. vt supra. ¶ Silr si in stomaco. Primo q̄ stomacus est mēbꝝ debile. Scōo q̄ statim medicina attingit māꝫ nō debꝫ dari fortis. imo nec a ꝓprietate digētē: vt p taleꝫ digaſ talis laboriose soluēs. ⁊ ē canon. Aui. decimatertia tertij de cura apatis stomaci. ¶ Similiter a colligato: q̄ cū ꝯprehēdit materiā euacuādā eē in gibbo epatis ⁊ gibbus colligatus ē vijs vrine que sunt loca euacuationis exhibet diureticā: ⁊ si in cōcauo educētia per intestina. vt supra. ¶ Similiter ex pte eoꝝ que ꝯsentiūt ꝛc. q̄ in etate pueritie datur minor q̄titas ꝛc. Et cōsimiliter de alijs dicendum.

Antequam autē tractēſ modus cōpositionis medicinarū adinuicē ponēde sunt cause: quare medicine adinuicem cōponi habeāt ex qb° patebit quare hec vel illa medicina cōpositionē ingrediaſ.

¶ Prima cā est: qm̄ in vna medicina simplici oēs intentiones que in mēte medici cōsurgūt per eā simplicē compleri nō possunt: qn̄qꝫ. n. intētiōes sunt ꝯtrarie: vt q̄ egritudines sūt ꝯrie: aut q̄ accidēs vertens ad se curā contrariaſ morbo aut cause ei°. Exēplū primi: vt si qs pateretur egritudinē fridā stomaci ⁊ calidam epatis. Exēplū scd̄i. sicut in colica fortissima supra. Sed si cum simplici compleri possent: nō eligat sup illā medicinā ꝯpositā: vt scōo cañ. ⁊ quto. primo caplo. ¶ Ex quo inferſ q̄ alijs parib°: q̄to ꝯposite medicine sunt ex paucioribꝰ simplicibus: tāto commodiores ⁊ iuuātiores. nā qn̄ tot adinuicem cōponunſ idigēt qn̄qꝫ fermētatiōe: ⁊ eis fortasse acqriſ ꝯria operatio ei q̄ intendiſ: sicut in tyriaca est videre. nā primo stupefacit: et cum fermentationē reperit calefacit. Deinde post talē fermentationē inueniſ in ea forme vna que nō resultat merito suoꝝ miscibiliū hoc ē quātū ex parte formarūꝫ manifestarū ipsoꝝ simplicium: vt de viribus cordis. cap. de medicinis cordialib° cōpositis: nec huiusmodi cā inueniri pōt alia q̄ꝫ q̄ facit experiētia. Unde Aui. 5°. canone. ca°. p̄mo Propter q̄ melior est experta non experta. Unde iuxta h̄ habe. q̄ quādo eādē medicinā in eadeꝫ dispōne a plurib° auctoribus collaudatā inuenies. illā summe colore debes ⁊ ꝓ expta habeatur: ⁊ sic sicut regula. ¶ Ex quib° inferetur q̄ verisimile existit: q̄ inartificiose composuit q̄ in omnia sua recepta multa ⁊ multa simplicia semp adinuicē aggregāt: ⁊ magis veritas correlarij ex sequentib° apparebit.

¶ Inferſ tertio: q̄ multo eligibilius est receptis patrum nostroꝝ adherere: q̄ eas experti sunt q̄ꝫ ipsas de nouo cudere. Unī te vt in ꝯfectiōe receptarū minime glorieris horū vt moderni: sed de antiquis magis q̄ꝫ de te cōfidere.

¶ Scōa causa: qm̄ aliqn̄ egem° aliqua medicamina quasi volumus mēbro adherere aut ad iteriora penetrare: ⁊ talis per se non est sufficiēs: vt cuꝫ sit sicca dura vt corallus: eamqꝫ cum cera que facit ipsam adherere cōmiscemus. Iteꝫ cum ea acetuꝫ: vt cum eo ad profundiora penetret. Similiter cum emplastris factis ex radicibus: vt distendantur melius radices: ⁊ adhereant: ⁊ profunda penetrent ponimus pinguedines: oleum: acetum.

¶ Tertia causa: q̄ aliquādo egemus aliqua medicina violēta: vt scamonea: ⁊ ea sola vti nō possumus. Unde admiscemus ei que malitiā suā tollāt ⁊ corrigant. vide Me. de

scamonea ꝛ alijs medicinis laboriose soluentibus: vbi cla
ra ꝛ pulchra exempla inuenies. Et sicut de violentis di
ctum est. ita de opiatis intelligendum. nam cum opio ca
storeum: cum iusquiamo allium: cepe: semen raphani: cũ
corticibus mandragore: absinthium. synapi. ꝛc.

℄ Quarta cã. q2 aliqñ volumus: vt medicina operet̃ effe
ctus contrarios: vt ꝙ resoluat ꝛ stipticet siue repercutiat.
sic admiscem⁹ calida resoluẽtia: ꝛ frigida stiptica: vt in aug
mento apostematũ ponimus camomillã: absinthiuꝫ: vt
resoluant: rosas ꝛ sandalos: vt stipticet ꝛ repercutiãt.

℄ Quinta. quando per medicinam intendimus expellere
venena multa indifferenter calida frigida ꝛc. ꝛ eis indif
ferenter resistat: vnde eã cum diuersis medicinis compo
nimus: ꝛ hec fuit causa compositionis tyriace.

℄ Sexta: q2 aliquando egemus medicina calida in ter
tio: ꝛ ad propositum nostrum eam non inuenimus. vnde
cõmiscemus calida in ᵽmo cuꝫ calidis in quarto. ꝛ sic ha
bet̃ talis in tertio: sed de hoc infra magis in speciali.

℄ Septima. q2 aliquãdo intendimus: vt medicina tardet
in loco aut prohibeatur eius resolutio. cuꝫ per multas di
gestiones transire debeat: vnde ei cõmiscemus que faciãt
eã tardare: ꝛ ꝓhibeãt eius citam resolutionẽ: verbi gr̃a.
cum medicina quã volo tardare in epate cõmiscemus se
mẽ raphani: quoniã semen trahit ad ↄtrarium medicinã
epatis: q2 raphanus respicit stomacũ vel os eius. vnde in
hac diuersione titubat medicina: ꝛ morã in mẽbro cõtra
hit. Exemplũ scðm: q2 cũ per multas digestiones medicina
transire habeat: ꝛ ex hoc de eius resolutione dubitẽ. pono
cum ea que eius resolutionẽ ꝓhibeant. ꝓpter quam cau
sam opium ponitur in tyriaca. v. canone. ᵽmo. capitulo.

℄ Octaua fuit medicinarum cõseruatio: nam quedaꝫ hu
mida sunt que rõne sue humiditatis cito putrefiunt: nisi
cũ alijs cõmisceant̃. verbi gratia. ȥinȥiber mirabolani. ke
buli virides. ꝛ huiusmodi que conseruari non possunt ni
si cuꝫ syrupis ꝛ alijs cõmisceant̃: ꝛ similiter plurima alia
cum melle componuntur: vt diutius cõseruari possint.

℄ Nota: q2 aliquãdo vna medicina idiget cõfortante aut
acuente aut dirigente ad mẽbrũ a quo volum⁹ euare: vel
qð intendim⁹ alterare seu cõfortare. Propter ᵽmũ cũ tur
bith cõmiscem⁹ ȥinȥib. ꝛ dã ei⁹ calcar. simil̃r salgẽma. cum
agarico. ꝓpter scðm sticados cõmiscemus cũ his cũ qb⁹
q̃rimus a capite euacuare: ꝛ ꝓportionabilr̃ de alijs h̃itĩ
b⁹ respectũ ad alia mẽbra. ℄ Ubi tñ notãdũ ꝙ huiusmo
di cõpõ non põt ↄueniẽt fieri nisi a ꝓportiõe cadente in
ter simplicia: que ꝓportio est duplex. Quedam forme ab
solute. cum dicim⁹: scamonea nocet cordi: inflãmat: aperit
orificia venaꝝ ꝛc. ꝛ tunc opponit̃ ei ambra q̃ cor ↄfortãt
cristallus qui infrigidat: galle que cõstringunt. Alia est
forme specifice: vñ pp ᵽmum ponimus cũ ea spicam. ꝓpt̃
scðm capforã: ꝓpter tertiũ dragãtum vel masticẽ. Et hec
scða ꝓportio inuenta est experientia ꝛ philosophoruꝫ reue
latione. ꝛ de hac nõ opꝫ ꝓlixitate stare. n. debem⁹ auctoruꝫ
auctoritati soli. Et istam ꝓportiõeꝫ possumus ꝑ areolas.
Auicẽ. ꝛ alioꝝ venari: ꝛ hec est v̾a ꝛ opportuna cõpõ ad
quã pauci respiciũt. Jdeoqꝫ cõpõnes noue nõ sũt antiq̃s
adequãde. Fac ḡ vt ꝓbatos ꝛ veteres seq̃ris. Tertia est ꝓ
portio quãntitatis de q̃ infra suo loco dicet̃. Ex quib⁹ infert̃:
ꝙ opꝫ bonũ cõpositorem bonũ esse simplicistã ꝛ non par
uã habere. de scða ꝓportiõe noticiã: ꝛ tu ad hoc ↄsidera.

℄ Sed statim dices. habeo ex dictis cãs compõnis: quare
ꝛ simplicia cõpositum ingrediuntur: sed cur de vno plus
q̃ꝫ de alio ponatur: dic obsecro huius causam. ℄ Scðo
quare aliquando plures medicinas calidas aut frigidas
eiusdem gradus ꝛ quãtitatis in eodem composito poni
mus: cũ videat̃ vna sufficere: vt v̾bi gratia. ℞. cinamomi:
galange: ana. ʒ. v. similit̃ amomilli: meliloti. ana. M. i.

℄ Ad ᵽmũ dðm ꝙ assignare cãꝫ quare ᵽcise tantũ de vna
medicina ponit̃ in cõposito ꝛ nõ plus est impole. nã cum
medicus nõ possit habere pũctualẽ noticiã de egritudine
q̃ꝫtũ ad eius mẽsurã ᵽcisam: sic nec cãm assignare poterit
q̃re tñ ᵽcise ꝛc. sed sicut coniectura artificiali de mẽsura
egritudinis noticiaꝫ hꝫ si cõiectura artificiali cãm reddet
quare plus. de vno ꝛc. ꝛ ƀm hunc modum plures cãe assi
gnari possunt. ℄ Prima sumit̃ ex parte indigentie maio
ris aut minoris ipsius medicine: nã de illa plus in cõposi
to ponẽdũ: cui⁹ idigẽtia est maior: ꝛ hec est que ᵽncipali
intẽtioni medici ƀm plurimum correspõdet. Et a medicis
bas̃ dici ↄsueuit. vñ bas̃ nõ est aliud q̃ꝫ medicina simplex
vel cõposita. ꝑ q̃ꝫ ᵽ⁹ ꝛ ᵽncipalr̃ ꝛ magis ꝑficit̃ intentio cõ
positoris: vñ sicut linea siue costa super quã. erigit̃ figura
dĩ bas̃. ita ꝛ medicina q̃ p⁹ cadit in mẽte medici cũ q̃ p⁹ cõ
plet intentionẽ suam dicit̃ basis: super quam erigit̃ totuꝫ
q2 medicina cõposita. ꝛ sicut deficiẽte basi deficit figura.
ita. ꝛ deficiẽte medicina q̃ ẽ ei basis defi͂c medicina cõposita
totalr̃ ab effectu suo. ℄ Ex qb⁹ infert̃. p⁹ ꝙ alijs paribus
plus de medicina q̃ ẽ basis: dꝫ poni i recepta q̃ꝫ de aliq̃ alia
ꝛ maxĩe qñ basis nõ est multi nocumẽti vel piculi: q̃re oꝫ
eo cãu vt adiuuans basim sit maioris q̃ꝫtitatis: vt pꝫ in cõ
positione tyriace: nã basis in ea est trocisci de vipis q̃ sunt
alicuius ꝛ satis magni periculi. q2 put non sunt bñ securi
sicut sunt trocisci de squilla: quare de trociscis de vipis po
nitur quãtitatis. xxiiij. aureoꝝ. ꝛ de trociscis de squilla: q̃
draginta octo. Et silr̃ vbi scamonea est basis ꝓpter ei⁹ no
cumenta: ꝛ piculũ de adiuuãtib⁹ ponit̃ plus. ꝛc. ℄ Infer
tur scðo ꝙ nõ debeamus ↄsidere õ tyriaca que apud nos
fit ꝓpter defectũ bone basis. ℄ Infertur tertio. cum solu
tiua saltẽ laboriosa sint multoꝝ nocumẽtoꝝ: ꝛ piculosa
q̃ ingrediunt̃ ꝓ basi de ipsis dꝫ poni minor q̃ꝫtitas q̃ꝫ de
adiuuantibus ꝛc. ℄ Infert̃ quarto ꝙ de alteratiuis tñ
ꝛ solutiuis benedictis est ↄ̃. ꝛ tu ↄsidera. Et cõsilr̃ vbi mi
nor indigentia: mĩr⁹ ꝛc. ꝓportionabilr̃. ℄ Uñ ꝓ regula
tenẽdũ ꝙ sicut intentiones in mẽte medici adiuicẽ ꝓpor
tionant̃ siue cõparant̃: sic ꝛ medicine eis deseruientes in q̃ꝫ
titate ꝛ v̾tutibus ac alijs ꝓportionari siue cõparari debẽt.

℄ Scða causa sumit̃ a fortitudine siue debilitate medi
cie. Uñ q2 est debilis v̾tutis augem⁹ eius q̃ꝫtitatẽ: vt quan
titate suppleat loco debilitatis. ꝛ de hoc infra. Uñ q2 rosa
debilis est v̾tutis eius quantitatẽ in cõpositis multiplica
mus. Tertia sumit̃ a substãtia medicine: vt q2 densior ra
rior: nã minus de densa alijs parib⁹: ꝛ plus de rara appo
nẽdũ est: ꝛ cã pꝫ ex dcĩs. ℄ Quarta sumit̃ a furiositate ve
hementia: benignitate: remissione medicie: vnde de furio
sa minus: vt de scamonea: de vehemẽti minus: vt de eufor
bio: de benigna plus: vt de mãna: de remissiori plus: vt de
camomilla: rof ꝛc. Et hec cã quarta aliq̃liter sub scða cõ
ᵽhẽdi põt. ℄ Quintã ꝓpter similitudinẽ plurui in forã
quã plures cõparticipationẽ vocãt: vt q2 plura calida poni
tur. v̾bi gr̃a. in vna recepta stomacali ponent̃ absinthiũ
mẽtha: gariophili: mastix: lignum aloes ꝛc. tunc in h̃ ca
su dꝫ poni modicũ de vnoquoqꝫ: qm̃ ista multũ multipli
cata calefaciũt multũ: ꝛ si fuerit nõbil q̃ꝫtitatis calefaciẽt
vltra scðm: qm̃ vt dcm̃ est augmentũ quãtitatis facit ad
augmẽtum ꝛ intẽsionem effectus. ℄ Uñ iteꝝ si patieris
admoneo: vt in multiplicatiõe tot simpliciũ nõ delecteris
ꝛ audi obsecro Aui. in ᵽncipio scði ꝛ q̃nti canonis. ᵽmo
caplo circa finẽ. vbi inq̃t. Et parũ medicinaꝝ meli⁹ ẽ plu
rimo earũ in intentiõe vna: ꝛ dixit in intẽtiõe vna: q2 vt di
ctum est ꝓpter diuersitatẽ intentionũ que per vnã solum
cõpleri nõ p̃nt. Sꝫ tñ ex his colligit̃: q2 paucitas sibi placꝫ
Quantum. n. in plurib⁹. ꝛ q̃re in oĩbus intẽtiõib⁹ simpli
cem syrupum acetosum. Aui. collaudat. Quãtũue aquã
ordei. Quãtũqꝫ magister hyp. suo de regimine acutorum

ptisanā ordeaceā. Quārti. Gal. mellicratū. Quātitue cō-
fectionē de māna: vt infra. Paucis ḡ si potes content⁹ sis
obsecro. Unde imaginor latitudinē perfectionis medici-
narum tā simplicium q̄ cōpositarū esse vniformiter diffor-
mē: ⁊ q̄ medicina simplex obtineat extremū perfectiōis:
cū Aui. dicat altero loco. Et nō diges aliquā sup eā: ⁊ cō-
seq̄nt sicut in latitudine entiū illud est pfectius qđ magis
pticipat similitudinē pme cause. sic illa medicina supple
aliis parib⁹ est perfectior: que magis appropinquat medi
cine simplici ⁊c. ⁊ hec talis est que est min⁹ cōposita semp
aliis parib⁹. Exēpla patēt: vt ifra: quāto magis simplici-
tate pticipat: tāto melius: ⁊ tu ad h̄ cōsidera. ¶ Sexta cā:
q̄ ppter multa iuuamēta multiplicaf medicie quātitas
in cōposito. Ubi grā. agaricus est multoꝝ iuuamentorū
ppter qđ. Democritus vocauit eū medicinā familie. ideo
eius quātitas in composito multiplicaf. Silr cō ppt pau
citatem iuuamētoꝝ minoraf medicine quātitas. Et h̄ to
tū itelligi h̄ʒ respcū ei⁹ qđ est multoꝝ aut paucoꝝ iuua-
mētoꝝ: paucū de ea in medicinis cōpositis ponif. nisi ea
pncipalr defuiret intētōi pncipali: vt supra. ¶ Septima
cā: ⁊ fuit canon positus supra: q̄ per situ ⁊ distātiam mē-
bri opʒ medicinas in q̄titate augere: vt supra exēplifica-
baf de medicinis pulmonis q̄ ad ipsum per viam stomaci
transeūt. ⁊ dī p viā stomachi: q̄ non opʒ multiplicare me
dicinas que ad ipsum per tracheam arteriam transeunt:
q̄m tales p hanc viam non tot trāsmutatiōes ⁊ alteratio-
nes recipiunt ¶ Octaua causa augmēti q̄titatis medi-
cine in cōposito est sublimitas ⁊ notabilitas effectu⁹: sicut
absinthium in passionib⁹ stomachi: ⁊ sticados in passioni
bus cerebri. Cō minuif ⁊c. ¶ Nona cā: q̄ q̄n in vna me
dicina est aliqđ iuuamentū: ⁊ illud idem reperif in alia q̄
ponif in eodē composito: ⁊ illa alia pp aliam cām ponif:
tūc eius quātitas diminui dʒ. vt Ubi grā in eodē compo-
sito ponif galāga ⁊ cynamomū cū sit in iuuamento vnis
cōuenientes stomacho: lʒ nō sint oino eiusdē v̄tutis hic ea
rū q̄titas nō dʒ multiplicari: sed minui. nā galāga ponif
vt aggreget ptes stomaci: cynamomū: vt subtiliet ⁊ ape
riat. ¶ Decima causa: q̄ q̄n in medicina eadē reperif no
cumentū mixtū cū iuuamēto: tūc poni. d̄bet de ea parua
q̄titas. vbi grā semē raphani nocet stōacho: ⁊ intēdim⁹
p ip̄m inducere vomitū de eo debemus dare modicā quā
titatē. ¶ Undecima causa: quando in medicina cōposi-
ta sunt alie medicine que deseruiunt v̄tuti aliarū: ⁊ ip̄a me
dicina de qua s̄mo est vtilior opationi: ⁊ correctiua ma-
liciaꝝ multaꝝ aliarum medicinarū in cōposito positaꝝ
dʒ eius quātitas multiplicari ⁊ augeri. Nā videmus q̄ in
cōfectione pillulaꝝ confectarum ab auctorib⁹ nostris ra-
ro ponunf correctiua alioꝝ solutiuoꝝ: sed in fine dicunt
aloes ad pōdus oium: ⁊ cā: q̄m aloes est oium aliaꝝ me-
dicinaꝝ corrector bon⁹. vt Mesue caplo de aloe: ⁊ h̄ cor-
rectio nō pōt fieri solum p remittentia ⁊ debilitantia: sed
opʒ vt sint phibentia nocumenta: que phibitio nō vide-
tur posse fieri nisi ab equali in v̄tute: quare oportet vt ad-
ditio fiat s̄m candem quātitatem. ideo dicebatur ad pon
dus omniū: sed de hoc infra in quarto caplo. Et pro isto
vide etiam correlaria que posita sunt infra in fine tracta
tus quarti. ¶ Ex quo pʒ respōsio ad p̄mū: quare. s. plus:
q̄re minus: ⁊ cōsilr patē pōt responsio: quare equalr: q̄ si-
cut ex maiori. ⁊c. plus ex minori min⁹. si ex eq̄li equalr.
¶ Ad 2ᵐ pʒ ex dictis quid dicendū nā dato q̄ alique medi
cine sint equalis virtutis quo ad aliquas qualitates: vt q̄
ad primas vel secundas: non tamē quo ad tertias aut q̄r
tas siue occultas similes sunt. Uisum est. n. interdum ca-
momillā in mēbrū opari: ⁊ non mellilotum: quādoq̄ ecō
tra: ⁊ ideo medicus hoc ignorans: vt consequaf effectum
quē intendit ponit vtrūq̄. s. camomillā ⁊ mellilotū. Et cō
similr de aliis dicendū: lʒ quādoq̄ cā: quare camomilla
in mēbꝝ nō agit: mellilotū aūt sic: sit alia q̄ que dicta est
a virtute occulta: ⁊ est cōsuetudo applicatiōis camomille
⁊ nō mellilotī. Unde ab eo qđ cōsuetū est nā non patitur
Propter qđ. Aui. quarta p̄mi. p⁹ caplo docet huiusmodi
medicinas: vt camomillā ⁊ mellilotum: sic alternatim su-
pra mēbrū poni debere. ¶ Ex quibus sic ad inuicē colle
ctis habef p̄mo: quare fuit cōpositio medicinaꝝ inuicē
necessaria. Scđo: quare simplicia in cōpositis ponuntur.
Tertio q̄re plus de vna q̄ de alia: q̄re minus: quare eq̄li-
ter. ¶ Ex quo patere pōt modus cōpositiōis aliqualr re-
ceptarū: qui q̄q̄ difficilis sit a sapientibus facile cōprehē
di pōt. ¶ Ex qbus nō vereor iferre q̄ recepte in apotecis
ordinate sunt s̄m plurimum casuales: ⁊ vt ppriꝰ loq̄r
fortunales: quoniā egris nō raro fortunā prebent. ¶ In-
fertur scđo q̄ nō debēt iuuenes medici verecundari stu-
dere receptas in eoꝝ studiis: ⁊ eas sic confectas in apote-
ca portare. Debent. n. dñorū legistaꝝ grauissimos mores
sequi. qui in qualibet minima petitione ṗus libros cōsulūt:
⁊ non aliter r̄ndent: ⁊ clientulis in scriptis: vt collegerunt
consilia exhibēt: magisq̄ cū de p̄ciosiori re se iterponāt.
¶ Et pro cōplemēto eoꝝ que dicta sunt ⁊ dicentur notan-
dū pro regula: ⁊ facit ad declarationē Gal. de causis cō-
ponēdi: q̄ aliq̄n vna medicina per aliā remittif in gradu
suo: cōsilr intendif que remissio ⁊ intensio potest duplici-
ter contingere. Uno mō p admixtionem sui ↄtrarii in for
ma: sicut cū componimus calidū cū frigido. Scđo p ad-
mixtionē sibi similis in forma: vt cū calidū remissius ad-
dif calido itēsius: sicut cū aqua tepida cū feruēti misce-
tur: ⁊ eodē modo de intēsione dōm. Unde hic non dispu-
tatiue pcedā: sed mere positiue tibi iscribā q̄ veriora cre-
do: nā in hac parte illi venerande opinioni quā approbat
maximus. medicine illuminator Petrus Paduanēsis no
ster adhereo: que dictis auctoꝝ magis cōsona videt p̄ser
tim Gal. 10. terapē. Et ex pncipiis philosophie suppono.
⁊ ex Auic. q̄nto canone. p̄mo caplo. ⁊ ex Auer. q̄nto col-
liget q̄ cū medicina minus calida addif medicine magi
cale. q̄ magis cala remittaf. ⁊ s̄m q̄ maior est distantia.
sʒ h̄ maior est remissio: nā nimis tale dicitur participatōe
ↄrii: ⁊ experientia etiam ad h̄ facit. vt de aqua tepida ⁊c.
¶ Nota tñ q̄ hec cōmixtio siue societas dʒ fieri ⁊ itelligi
cū debita quātitate vtriusq̄: nā si vinum debile in media
vel eq̄li q̄titate cū forti vel potēti cōmiscef ipsum remit-
tit. si vero in nimia q̄titate vel debili addatur forti ipsum
non pmutabit a sua fortitudine: quoniā propter paruita
tē: sue quātitatis non hʒ proportionē actionis respectu il-
lius: tñ si cōmiscemus piper ⁊ croci inequali quātitate re
mittitur caliditas piperis: vt verbi grā ad scđm: ⁊ croci
caliditas ad scđi eleuaf. Similiter si quātitas croci supe-
rabit quātitatem piperis: tunc trahet notabilr croci cali-
ditas piper forsasse ad finē p̄mi: sicut si quātitas pipis su-
peraret quātitatem croci ⁊c. absq̄ pportione: tūc trahet
v̄tutē croci ad tertiū. Quātitas autem p practicos ↄside-
rata est eq̄lis pōderis aut modicū excedentis: aut duplis
aut medias. In istis enim stat proportio actionis ⁊ passio
nis: sed de hac quātitate magis in sequēti caplo.
¶ Sed queres. si calida in p̄mo additur calide in scđo aut
tertio aut quarto supposita debita quātitate vsq̄ ad quā
tum fiet hec remissio.
¶ Pro isto dicendum q̄ si in hoc varie opiniones inueniun
tur: tamē adhereas vt supra memorando qđ dictū est q̄
qlibet ḡdus tres hʒ māsiones. Unde extimo q̄ si calidū
in p̄ma māsione p̄mi addaf calido in prima māsione scđi
trahet ip̄m ad p̄mū: ⁊ vsq̄ ad scđam māsionē p̄mi: si ta-
mē idē addef calido in tertia māsione secundi nō trahet
ip̄m precise ad p̄mū: sed ip̄m remittet infra suā latitudinē

ꝛ vſqꝫ ad pmā māſionē ſecūdi. Similiꝭ ſi talis adderet
tali in ſecunda māſione ſcđi trahet ipſā ad finē tertie mā
ſiōis pmi. Cōſimiliꝭ dōm: ſi talis in pmo addiꝭ tali in ter
tio: qꝛ aut trahet ad ſcđꝫ: aut remittit infra latitudinē ter
tij: vt de tali in primo reſpectu talis in ſecūdo dictum eſt.
Similiꝭ ſi talis in pmo addetur tali in quarto trahet ad
tertium aut remittet ꝛc̄. vt de alijs dictum eſt.

¶ Sed ſtatim dicet aliquis ꝯtra. tūc ſequiꝭ ꝙ patienti cau
ſonidem cōueniret mel: qm̄ eſt tale in ſcđo. ꝛ cauſon tale
in quarto. ſed tale in ſcđo additum tali in quarto ipſum
remittit. ex dictis ꝗ ꝯñs falſum. quoniā tale ex exhibitiōe
mellis multum lederet. ¶ Scđo ſequeret ꝙ medicia ca
lida in pmo ꝛ frigida in pmo erunt eiuſdem complexio
nis. pbaꝭ conſequentia. quoniā calida in primo remittit
calidā in tertio ad ſecundum. ꝛ frigida in pmo etiā preci
ſe ad ſecūdum remittit. vt ex dictis ſequiꝭ. igiꝭ ꝛc̄.

¶ Pro his dōm ad pmū ꝙ ad aliqua egritudini opponiꝭ
tur ḡdualiꝭ. ꝛ ex hoc egritudini eēnt ꝯueniētia. tñ ꝓpter
aliud eis annexum vel adiunctū ꝓhibenꝭ: ſicut de fructi
bus pꝫ: qui lꝫ ſint frigidi ꝛ humidi: tñ ꝓpter velocitatem
ſue putrefactionis vel corruptionis in febrib⁹ putridis ꝓ
hibenꝭ: vt pma quarti. de cura putridaꝝ in generali. Ad
ꝓpoſitū lꝫ mel eſſet remiſſiuū feruoris cauſonis ratione
menſure ḡdualis: tñ qꝛ ei cōiuncta eſt dulcedo. rōne cuius
eſt iſlāmatiuū in colerā ꝯuerſiuū opilatiuū ꝛc̄. hinc ꝓhi
betꝭ. Uñ ex eadē cā ꝓhibenꝭ dulcia frigida: nā cū mellis oc
curret: ita exuberās calor ſtatim ille remitteretꝭ: ſꝫ poſtmo
dū iſlāmareꝭ iſlāmatione nocente: ꝛ eſt ꝓportionale: ſicut
de lignis viridibus igni vehemēti expoſitis. ¶ Pro ſcđo
dōm negādo ſequelā. Et cōſequenter dico ꝙ ſic caliditas p
mi ḡdus remittit caliditatem in tertio vſqꝫ ad ſcđm hoc
erit in tertia māſione ſcđi: qꝛ ſemp plus.

¶ Sed ſtatim fortius arguiꝭ. dāda eſt ex dictis aliqua cali
ditas pmi que pōt remittē caliditatem ſcđi vſqꝫ ad pmū
pmi: ſed plus non pōt remittē frigiditas pmi caliditatem
ſecundi. ꝗ ꝛc̄. ¶ Pro iſto credo dōm: ꝙ viñ cetera forent
paria. hoc non contingit: qꝛ caliditas primi ħ non poſſet
facē niſi haberet quantitatem incomparabiliꝭ exceden
tem quā itatem ſecūdi. Quod ſi etiā poneret de frigida:
tunc illa trahet calidā in ſecundo vſqꝫ ad tertiā vel ſecun
dā māſionem friditatis primi: ꝛ tu conſidera.

¶ Hec ꝗ ſint tibi pro regula. ꝙ minus calidū remittit ꝛc̄.
vt dōm eſt. Et ſicut de his dictum eſt quātū ad ꝟtutes pri
mas ipſaꝝ. ita intelligendū eſt pariformiꝭ de ipſis quātū
ad ꝟtutes ſcđas: tertias q̈rtas: Ut cum medicina minus
apitiua addiꝭ magis apitiue ipſā remittit ꝛ magis talis
addita minus tali ipſam intendit. Similiꝭ ſi medicina mi
nus ſolutiua: vt que in ſcđo ḡdu addiꝭ magis ſolutiue. vt
que in q̈rto ipſam minus ſolutiuā reddit: vt in ſeq̄nti cap.
appebit. ¶ Et poſſet regule cā talis aſſignari. Una medi
cinaꝝ que ſunt ꝯtraꝝ ꝟtutum non remittit alterā niſi ſꝫ
ꝙ habet de equalitate cōtraria: qꝛ frigida nō remittit ca
lidā niſi p frigiditatē. Similiꝭ vna medicinarū que ſunt
in vno ḡdu non remittit alterā: niſi qꝛ in ea inueniꝭ quali
tas ꝯtraria: ꝛ ſm ꝙ maior ꝛ minor: ſm. hoc magis ꝛ mi
nus remittit. vñ calida in pmo remittit calidā in tertio p
frigiditatem que eſt in ea: ꝛ plus q̄ꝫ calida in ſcđo: qꝛ in ea
que eſt calida in pmo maior eſt friditas. Et cōſiliꝭ de alijs
ꝟtutibus ſuo modo dōm. ¶ Sed ꝯtra fundamētū regu
le arguiꝭ. ſumatur vnum corpus cuius caliditas ſit in ter
tio ꝛ frigiditas in pmo. ꝛ ſit exempli ḡra gariofilus. Su
maꝭ aliqd cuius caliditas ꝛ friditas ſint eq̄les. ita ꝙ ha
beat duos ḡdus caliditatis: ꝛ duos frigiditatis: ꝛ ſic exē
pli ḡra çuccarū. Et tūc arguiꝭ. magis eſt ꝓportio actiōis
calidi in duobus ḡdibus ad fridū in vno q̄ꝫ ſit cali in ter
tio ad frigidum in duobus. ſed in gariofilo eſt frigiditas
vnius ḡdus que contra opatur caliditati çuccari duorū
ḡduum: ꝛ in eodem eſt caliditas trium ḡduum que con
tra opaꝭ frigiditati çuccari duorum ḡduum: ꝗ debite ap
proximati gariofilo ꝛ çuccaro caliditas çuccari remittet
frigiditatem gariofili propter maiorem proportionem. ꝛ
ſic remiſſe calidum intendet intenſius calidum: ꝛ non re
mittet. Et tu conſidera ad hoc qui in ſpeculatiōibus ſub
tilibus te nimiū glorians: Sed obſecro te vt in his acris
nugis egregium tuum ſtudium non diſpenſes.

Habita itaqꝫ cauſa neceſſitatis compoſitiōis medicinaꝝ: ꝛ cognito q̄re diuſe
medicine compoſitionē igrediunꝭ: ꝛ q̄re plus de vna q̄ꝫ d
alia. conſequens eſt vt ponaꝭ modus quo cōplere medic⁹
ſciat ipſas adinuicē artificioſe coniungē: vt habeaꝭ inte
ger modus cōponēdi receptas. ¶ Pro q̄ dōm: ꝙ ſicē me
dicine dicunꝭ tales in pmo ſcđo ꝛc̄. ſic ꝛ naturales com
plexiones dicunꝭ tales in pmo ſcđo ꝛc̄. Ut vbi gr̄a. fleg
maticus in pmo colericus in ſcđo tertio ꝛc̄. ꝛ ſicut nāles
dicunꝭ tales: ita p̄ternāles: vt vbi gr̄a. in medicina dicitur
potentialiꝭ ꝙ fortes acquirat ḡdum vt vnum: ſeu ḡdum
in pmo caliditatis p̄ter nām̄ ſup complexionem ſuā nā
lem vel ḡdum vt duo ſiue in ſecundo: vnde opꝫ compoſi
tor pmo medicinas q̄s eligit ſm intentiōes ſumptas a q̄
litate. ꝛ q̄ꝫtitate morbi: ab ipſiſqꝫ medicinis: vt dcm̄ eſt p
ordinem ſcribē vt vnā ſub alia: vt pmo caliditas. ſcđo fri
giditas. tertio humiditas. q̈rto ſiccitas. Siliꝭ radices cuꝫ
radicibus: flores cum floribus. herbas cum herbis. Et cō
ſimiliꝭ de alijs hoc mō ſilibus. Quo ſcđo oꝫ in mēte diſpo
nē: vt totum cōpoſitum ſicut ſua cōplexione eleueꝭ: vt q̄
litati ꝛ quātitati ḡduali egritudinis ꝯtiatur. Ut vbi gr̄a
morbus eſt calidus vt duo. compoſitum oꝫ eſſe fridū: vt
duo ſaltem effectiue: vt ſupra. Sed hic opus eſt: vt diligē
ter ſtudeas: an curatio fiat p equalia in ḡdu. Et comple
xionem nālem ſemp in memoria tene que te cogit ad eli
gendū ꝛ magis aut minus calida: vt frida ꝛc̄. ¶ Et p in
ueniendo hāc cōplexionē cōpoſiti eſt ſciēdū: ꝙ cōplexio
cōpoſiti eſt duplex. Una occulta: ſicut in tyriaca ꝯſurgēs
merito mixtionis de q̄ debem⁹ ſtare teſtimonio auctoꝝ. ꝛ
de hac nō eſt ſmo ad pñs. Alia que ex miſcibilib⁹ conſur
git. de q̄ ſmo nr̄ erit. Hāc itaqꝫ ſequendo dōm ꝙ medici
ne ſimplices compoſitum ingredientes aut ſunt eiuſdem
complexionis aut diuſe: ſi eiuſdeꝫ hoc dupliciꝭ: qꝛ vel eiuſ
dem ḡdus vel non. ¶ Si eiuſdem cōplexionis: tūc cōplo
eſt nota: qꝛ cōpoſitū reſultās ex his eſt eidē complonis ſi
ſint eiuſdē cōplonis ꝛ ḡdus: ꝛ tūc totū ſimiliꝭ erit eiuſdeꝫ
cōplonis ꝛ ḡdus: vt ſi ꝯfectio fieret ex cynamomo: galan
ga: ꝛ maſtice que ſunt calida in 2° totū erit tale in ſecūdo.
¶ Sed forte quereret aliquis nunqd hoc tale cōpoſitū
ſit tale in 2° ℞. galāge: cynamomi: maſticis: ana. ʒ. i. ꝛ vi
deꝭ ꝙ ſic ex dictis: ꝛ tñ pꝫ ꝙ ſi ħ totū aſſumeꝭ a forte ipm
vltra 2ᵐ calefaceret. ¶ Pro iſto dōm: ꝙ quātitas p accñs
eſt cā intēſioris effectus: vt ꝛ ifra diceꝭ: ꝛ ꝯñter ꝯcediꝭ ꝙ ſi
totum illud dareꝭ forti ipm calefaceret vltra ſcđm. Sed
qđ dcm̄ eſt oꝫ intelligi cum quātitate ꝓportiōata: vt ifra.
Uñ pro nunc dicemus ꝙ quātitas ꝓportionata medicis
talibus in 2° eſt. ʒ. ſ. cui q̄ producit actuale effectū in ſcđo
ꝛ ideo de illo oppoſito oꝫ dari. ʒ. ſ. ꝛ nō plus. hoc tñ poſi
tum eſt. gr̄a exempli: ſed de hoc clarius infra. ¶ Si autē
ſunt eiuſdē cōplexionis ꝛ nō ḡdus: vt crocus ꝛ pip: tunc
Distinguitur zuccarum ratione etatis et ratione preparationis ratione cuius estimo ipsum in complexione variari. quoddam est unius coctionis. aliud duarum: aliud trium coctionum. zuccari complexio a diversis diversa habetur. Unde quidam ut iacuminus de baldach sive albucasis ipsum temperatum pronunciavit. quidam ut Avi. habe mesue et ceteri ipsum calidum in primo. et in fine humidum in medio eius esse dixerunt. Nonnulli calidum in secundo eum ponere non dubitaverunt. Et omnium horum opiniones veras esse estimo. Unde zuccarum novum antequam ad soliditatem aliquam educatur remanens. s. sub forma pulveris: quod appellatur zuccarum rubeum est calide complexionis usque ad secundum zuccarum vero novum ad soliditatem reductum per unam decoctionem calide complexionis existit in fine primi. Reductum vero ad soliditatem per duas calidum in medio primi. Reductum vero per tertiam: et appellatur zuccarum trium coctionum temperate complexionis existit: et tale est zuccarum taberzet. Et hanc sententiam visus est velle Avi. secundo can. proprio ca°. de zuccaro. dum dixit zuccarum taberzet frigidus idest minus calidum: cum zuccarum universaliter calidum ponat: per coctiones itaque partes subtiles ignee zuccari consumuntur. et quanto plus coquitur tanto etc. et ideo per trinam decoctionem ad temperiem reduci videtur. De antiquo dicendum quod sine dubio quanto magis antiquatur tanto magis exiccatur ita ut siccum dici debeat comparatione novi. ut Avic. et Serapio. De eius vero caliditate similiter dicendum quod variatur licet non multum a caliditate non eligatur album clarum trium coctionum ut est taberzet: quod sic nominatur aut a loco: aut quia in loco tali sic trina decoctione decoquitur. Confert stomaco: in quo non generatur colera propter facilitatem conversionis eius in coleram. Abstergit stomacum et mundificat eum a flegmate: et proprie antiquum. et nutrimentum eius malius est nutrimento mellis. est lenificativum ventris abstersivum. lavativum lenit pectus et asperitatem eius removet. Confert doloribus vesice et renum abstergit obscuritatem visus. et est opilativum aptitudinum. ¶ Nocumentum autem eius est quod sitim facit minorem tamen quam mel et in coleram convertitur. Removetur si comedatur cum granatis mustis. et si decoquatur: ita ut ab eo spuma removeatur. Solvit ventrem quod est sub forma pulveris proprie ut zuccarum rubeum. Et ipsum cum oleo amigdalino confert colice.

¶ De cibis calidis in secundo: et de his que cum usu cibariorum veniunt aromatica: cuius rubrice sunt. xvi. Cap. iiii.

¶ De aniso. Rubrica. i.



Anisum ab Avic. auctoritate Gal. ponitur calide complexionis in secundo sicce in tertio. licet Serap. ipsum ponat calidum in tertio et siccum in eodem: propter quod tenendum est ut supra quod sit tale inter secundum et tertium vel quasi. unde et Aver. quanto col. videtur adherere opinioni

Serap. propter acuitatem saporis etc. ¶ Eligatur recens habens grana grossa plena et penetrosa. et quod portatur ex insula cretensi aliis omnibus est melius. licet Avi. romanum videatur plus laudare. ¶ Confert opilationi splenis et epatis generate ex humiditatibus: carminat ventositatem: sedat dolores: provocat urinam et menstrua. mundat matricem a fluxu humiditatum albarum: et motuum coitus: aperit opilationes renum: et vesice et matricis: et aqua eius decoctionis sudores provocativa maxime cum calida bibitur: et si decoquatur in vino fortius confortat stomacum frigidum: maxime in quo ventositates multiplicantur.

¶ De Artemisia. Rubrica. ii.

Invenio eam apud dyasc. apud Cermiso. et secundum Simonem Januensem: et secundum Avic. sub vocabulo berengesif. et licet Avi. exponat berengesif. quod est abrotanum: tamen cum de abrotano speciale capitulum fecerit dicit berengesif. esse artemisiam. ¶ Et dyas. ponit eam calidam et siccam in tertio Avi. vero ponit calidam et humidam in primo. Cermiso. calidam et siccam in secundo. quod credo verius. Apposui autem eam hic cum sit herba: que dicatur aliarum herbarum mater. Et multi eam matricariam vocant. precipue domine: quibus ipsa est thesaurus. et ex qua cum caseo ovis etc. faciunt tortellos tempore festivitatis sancte Marie. Unde et quedam domine eam herbam sancte Marie vocant. ¶ Eligantur folia eius viridia magis quam sicca. Est apertiva subtiliativa convenit in via cibi dominabus pinguibus et non macilentis. sed in via medicine convenit omnibus mulieribus: que a matrice vexantur ut dominue: est stomaci confortativa: et precordia sanat: valet contra sterilitatem ex humiditate provenientem. nam si ex siccitate obesset sanis. sed hoc comprehendi potest ex complexione eius mulieris si sit pinguis: aut macilenta. Item accipiatur pulvis artemisie bistorte nucis muscate an. et conficiatur cum melle aut siru. simplici et detur in vino albo sero et mane cum decoc. artemisie. Item accipiat patiens fumum colofonie super carbones posite. deinde calefiat artemisia super testam. et calefacta ponatur super lapidem molarem et desuper sedeat infirma probatum est frangit lapidem in renibus: et provocat menstrua sedendo in eius decoctione.

¶ De Cappare. Rubrica. iii.

Cappares calidi sunt et sicci in secundo secundum Avi. licet aliqui ut dyas. traxerunt eos ad tertium. Confirmat autem opinionem Avi. Ysaac dicens. Hoc testatur eorum amaritudo et acumen. ¶ Eligantur Alexandrini. Sunt incisivi et mundificativi stomaci a superfluis humoribus: et maxime flegmaticis grossis apertivi opilationum epatis a splene: et removent splenis duritiem. et ut dixit Gal. proferunt splen plus omni alia re sive medicina: que ponitur exterius in emplastro. et etiam quando interius assumitur cum aceto et melle postquam desiccatur et teritur. ¶ Sunt mali nutrimenti. nam sanguinem melicum multiplicant et humores colicos generant. ¶ Removetur eorum nocumentum si primo cum aqua tepida et sale a sorde mundentur: deinde exiccentur et condiantur cum aceto et oleo. Consueverunt etiam hoc modo preparari. et mundificari in aqua fervente ponantur: et deinde extrahantur integri. deinde preparentur cum oleo et aceto. hoc enim modo preparati etiam sunt delectabiliores. sed non sunt ita facales degeri stomacho et aliis membris ita convenientes. Ipsi igitur preparati ut prius sunt appetitus provocativi et laxativi ventris. et qui timent acetum comedant cum vino subtili albo et bono: aut cum aceto passulato quod sic fit. Rx. passularum electarum ut supra. ℥. iii. aceti lib. i. bulliant usque ad consumptionem tertie partis. Quidam delectantur eos comedere cum carnibus. sed tales eos sic comedant cum coriandro. quia coriandrum ut ponunt auctores removet omne nocumentum capparorum. sed nutrimentum eorum hoc modo plus quam nutrimentum ipsorum primo modo preparatorum: Sunt tamen in via medicine utiliores quam in via cibi et capparis non ablutus quando comeditur laxat ventrem. licet etiam ablutus expellit flegma grossum per secessum. sed debilis et fu

mit de radice ei⁹ in potu. ʒ. ij. oi die vsqȝ ad tres dies resol/
uit duritiē splenis: ⁊ extenuat ipm ꝓuocat vrinā ⁊ educit
egritudines sanguinolētas. Et dixit Dias. Si ille q̄ hȝ do
lorē in dēte memordent radicē eius cū dente dolēte sedat
dolor. Silr collutio oris facta ex decoctiōe caparri in ace/
to ⁊ qn̄ teruntur folia ⁊ radix eius ⁊ fit inde emplm̄ sup scro
fulas ⁊ apāta dura resoluit eas. Et dixit Serapio. Ego q
dem resolui duritiē scrofularū aliqn̄ in paucis dieb⁹ cū fo
liis cappari sol. Et nota dcȝ Dabē mesuay. Illi q̄ꝯduit cū
sale faciūt opatiōes supra. nisi qꝛ sunt mali stōi malina tn̄
pauca. Et si ꝯdiant cū aceto ꝓuocāt appetitū: qm̄ acetum
ꝓhibet nocumētū eorū a stō. Cortex radicis capparis ma
sticatus extrahit: ⁊ purgat hūiditates flegmaticas a capi
te. Et vt dixit Aui. eorū vsus interficit vermes in ventre.

¶ De Dactilis. Rubrica. iiij.

Dactili ponunt calidi ⁊ humidi in secundo gradu.
Cermiso. tn̄ ipsos calidos in primo ⁊ siccos i
eodem ꝓnticiauit. Et diuersificari dicunt sm̄ diuersitatē
regionū in qbus nascunt. Nā eorū aliq in regiōe nascunt
calida ⁊ hi sunt ceteris dulciores: ⁊ magis viscosi: ⁊ in ca/
liditate fortassis altiores. Alij in regione nascunt frigida
⁊ hi sūt minus calidi crudi: pontici: ⁊ sicci respectu primo
rū. Nōnulli i regiōe hacȝ media nascūt. ⁊ tales lȝ i pfecta
maturitate existant. tn̄ eis tanta est siccitas: vt maturitate
seruari nequeāt. abūdāt. n. q̄dā humiditate supflua: q̄ cor
pora replent multis: ⁊ crudis humoribus. Eligant mino/
res minus dulces de regione media ⁊ pfecta maturi ⁊ si q̄
rat eorū maior caliditas ⁊ siccitas. eligant antiq noui ve/
ro vbi ecōtra. ¶ Difficilis sūt digōnis sanguis grossi gn̄a
tiui. sicub⁹ tn̄ siccis sūt digestibiliores. ⁊ vsus eorū epatis ⁊
splēis grossitiē ⁊ ꝯstipationē: siue opilationē: facit. Nocēt
gingiuis dētib⁹ gutturi ⁊ voci. ⁊ frequēter dolorem in ore
stōi adducūt. ⁊ sm̄ Serāpionē facile in colerā conuertun
tur: pp qḋ mali sunt stōis calidis a complexiōibus calidis
Iuuāt habentes opilationē pulmonis ⁊ nocumentū in eo
maxime si cū pineis mundatis comedant. ⁊ hoc p quartā
virtutē vt supra in primo tractatu. Et similr his qui non
sunt calide ꝯplonis. sed tn̄ fortis virtutis qui querunt im/
pinguari. Et dixit de eis. Aui. tertia primi de regie ei⁹: qḋ
comedit ⁊ bibit. q̄ dactili sunt in numero fructuū magis
similiū nutrimēto nr̄o: ⁊ p̄cipue in locis in quib⁹ nascūt.
¶ Remouet pars maxima nocumēti eorū si cū papauē
comedant. ⁊ amigdale etiā in hoc ꝓprietatē hēre vident.
Ossa eorū tria positaqȝ sup vmbilico puerorū stringūt eo
rū fluxū. ⁊ ipa assata valent multū in egressione: ⁊ emine
tia oculi. vt Aui. iȝ. tertij de cura exitus oculorum.

¶ De enula. Rubrica. v.

Enule duplex maneries repenit. hortulana. s. domesti
ca: qua sepe vtimur. ⁊ alia que campana dicit.
⁊ est respectu alterius siluestris: ⁊ in medicina fortioris ef/
ficatie: ⁊ hȝ folia magna sup terram expēsa. Ponitur ab
Aui. p̄cipue: ⁊ ab aliis doctoribus calida ⁊ sicca in secun
do gradu. Cermisonus tn̄ posuit eam calidam in tertio: ⁊
humidā in prio. ⁊ forte hoc dixit pp illud qḋ dixit dias.
auctoritate tn̄ aliorū: q eā ꝯung. de scem vocant. Aut locu
tus est de siluestri: q̄ absqȝ dubio calidior est dixit tn̄ Aui.
q̄ hȝ hūiditatē supfluā. ⁊ ideo nō calefacit corpus stati cū
⁊ occurrit. ¶ Eligat hortulana ⁊ p̄cipue radix eius. qꝛ
ipa ē q̄ est nobilis cib⁹: ⁊ melior ē pria aliis parib⁹ magna
et sit boni odoris. ⁊ exiccata melior ē. hūida. est. n. pectora
lis ⁊ in h̄ mltū ab auctorib⁹ nr̄is laudat. Et cōsulūt vt cū
electuariis mūdificantib⁹ pect⁹ cōmisceat. ipsa. n. cū melle
deglutita maxie iuuat ad excreandū hūiditates pectoris
grossas ⁊ viscosas. ⁊ posuit eā Aui. cordialē: ⁊ dixit hūa
tm̄ ex verbo Hypoc. Enula aufert iram ⁊ tristitia. ⁊ fortifi
cat os stōi. Et dixit dias. qn̄ radix ei⁹ cōmiscet cū reb. ē bo/
na stō: nescio an a ꝓprietate. an qꝛ in se sit difficilis digōis:
qḋ magis credo est mihi inimica: qꝛ. s. eam male digerere
valeo. vn̄ magnā partē grossā terrestreȝ in ea inuenio. fa/
cit sodā. verū exteri⁹ embrocata capiti curat emigraneas.
Fit ex enula vinū. Ut accipiat radicū enule fasciculū vnū
⁊ minuti incidant: ⁊ ponat in dolio musti: ita vt totuȝ ad
inuicē bulliat. ⁊ post tres menses fit vsus vini mirabilr mū
dificat pect⁹ etiam pulmonē. ⁊ ē snia Hypo. quā maxie cō
mēdat Gal. Auic. ⁊ alii. Succus ei⁹ cū melle bibit⁹ itersi/
cit vermes. Hoc expertū est. Et cū folia eius coquūt cū vi/
no ⁊ p̄cipue cocto. ⁊ fit ex eis inde emplastrū. maxime con
fert doloribus scie. de campana est versus talis.

¶ Enula campana reddit precordia sana.

¶ Et cōuenientior mōus p̄parationis eius vt estio vt primo
sub cinerib⁹ asset. deinde ponat in aq̄ feruenti ad igneȝ ⁊
stet per certū spatiū vt bene mūdificet. deīde exprimat for/
titer vt recedat ab ea hūiditas illa superflua q̄ corpori no
cet vt supra. deinde bn̄ pistet: ⁊ ea vtat vt libet. aut cū ouo
aut caseo: aut in artocrea ⁊c̄. Est eius vsus communis: ⁊
est eius vsus vtilis valde ꝯhab⁹. q̄ in menstruis suis nō de
bite purgant. Soluit etiam ventrem ⁊ vrinam ꝓuocat.

¶ De eruca. Rubrica. vi.

Eruca domestica ⁊ hortulana: de qua ad presens ca/
lida in primo. Et sicca in primo est sicca. ⁊ ipa
hūida est hūida in primo. ¶ Eligat hortulane. Et cocta
ē aptiua facit abūdare lac. ⁊ ē faciēs digerere cibū. ⁊ qn̄
de ea cocta multū comedit incitat libidinem. Et de ꝓprie
tate eius est facere erectionem virge: sȝ sola comesta fac do
lorē capitis: ⁊ precipue emigranicā vētositatē ⁊ inflationē
facit. ⁊ iō Gal. de differētiis fe. eā ponit i numero malorū
ciborū. ¶ Remouet aūt eius nocumētū si cū lactuca aut
endiuia: portulaca: aut scariola comedat: ⁊ aceto. vn̄ meli
or est cū lactucis. Hec herba comesta salubris. succus eruce
recentis qn̄ miscet cū felle bouino cicatrices vlceris ex ea li
uitas delet. Et semē ei⁹ cū vino tritū maxime valet in apo
stematib⁹ pestiferis. ⁊ forti⁹ est siluestris semen q̄re in em/
plastris ponēdū. ꝯuenit frigidis nā. ⁊ sanguinei ⁊ colerici
ab ea ⁊ vsu ei⁹ se abstineāt. saltem eam solam comedendo.
Inuenit inter dias. ⁊ Hypo. contentio. de eruca seu curu/
ca. dixit dias. eam vrinam ꝓuocare. quod Hypo. absolute
negauit. cuius sententiam plurimi medicorū secuti sunt.

¶ De Feniculo. Rubrica. vij.

Feniculus domestic⁹ calid⁹ est ⁊ siccus in scdo. ⁊
ysaac dixit ipsum calidū in medio se
cūdi ⁊ siccū i medio p̄mi. Siluestris. vt pōit Aui. ē digi⁹
tertio gradu. ⁊ auctoritate Gal. dixit Serapio cū in tertio
gradu collocari debere. ¶ Eligat hortulana ⁊ domestic⁹
plenus ⁊ ponderosus. Est tarde digestionis ⁊ ei⁹ nutrimē
tū est malū. sed tamen cū dat cū aq̄ frigida cōfert nausee
⁊ inflationi stomaci. Aperit opilationes epatis renū ⁊ ve/
sice. lapidem frangit ⁊ ꝓprie siluestris. vrinā ⁊ menstrua
ꝓuocat. ⁊ hūidus hortulan⁹ comest⁹ facit abūdare lac ⁊
acuit visū in omnē modū administratiōis eius. Un̄ Aui.
auctoritate Dēocriti dixit q̄ venenosi ōmes pascūt semen
feniculi recentis. vt eorū visus confortet ⁊ vipere ⁊ serpen/
tes: q steterūt in cauernis cum egrediunt post hyemeȝ fri/
cant oculos suos super ipsum vt confortent ⁊ illuminēt
eorū oculi. ⁊ ideo putarūt auctores eius vsum maxie con
uenire i repatiōe oculorū senū. Utant eo ⁊ radice sua ꝯhe
q̄ a menstruis suis nō debite purgant. vn̄ radix ei⁹ suppo/
sita menstrua educit. si tn̄ in parua quātitate vtat cū aliis
bonis cibis n̄ vr̄ facere nocumētū. sȝ iuuamētū. ¶ Postre
mo h̄ndū est qḋ dicit Circa instās experimētū optimū ⁊ cer
tū ad oculorū pruritū. Conficiat modicum aloes optimi
in succo feniculi ⁊ ponat in vase eneo ad soleȝ per. xx. dies
deinde in oculo ponatur ad modum colirij.

¶ De fisticis siue pistachus. viij.

Fistici calidi ꝛ sicci sunt in secundo. lꝫ in eis sit humiditas plurima. ꝛ dicit Auic. dicitur ꝙ sunt vehementioris caliditatis q̃ꝫ nux ꝛ amigdala. ꝛ fuit opinio. Archigenis: eos tñ humidos absolute ꝓtulit Circa instás: cui non tm̃ fidei adhibeo quantū ysaac. Nonulli eos temperatos vel quasi temperatos esse dixerūt. ¶ Eligant noui pleni boni saporis. dixit Dyascor. ꝙ sūt stõi maxime iuuatiui. ꝛ Gal. illō noluit affirmare: ꝛ dixit eos nec iuuamentum: nec nocumentū facere stomaco. Dixit tñ si assent stomaco iuuamentū ꝓstant. A quib⁹ abstineāt calidā habētes complexionē. Et dixit Auic. prohibent nauseā. ꝛ subuersionem stomaci. ꝛ os eius confortant. bonū comedentib⁹ prestant nutrimētū. hñt tñ in se aliqd amaritudinis ꝛ ponticitatis. vnde sūt etiā epatis confortatiui: pectus ꝛ pulmonē mūdificāt. Et oleū cōfectuꝫ ex eis tritis addito puluere nucis indice: ꝛ sūptū in modica quātitate: ꝛ melle sufficiens quantitatis optime coytum confortant.

¶ De Melle. ix.

Mel apum calide ꝛ sicce complexionis existit in scdo. ¶ Eligat id qd̄ est vere dulcedinis declinans ad aliqualē acredinē ꝛ rubedinē. ꝛ est vt palea i colore quod nō est subtile ꝛ viscosuꝫ neqꝫ nimis liqdū. sed vt dicit Gal. septimo de ingenio sanitatis: qd̄ est odoriferū clarissimuꝫ ꝛ a visu penetrabile saporis aliquāti acuminis: ꝛ dlectabilissimū in gustu. ꝛ cū distillat coniunctim descendit sine sui separatiōe. Naꝫ si nō sit ɔtinuū: aut est grossius q̃ꝫ oꝫ: aut subtili⁹: aut dissimile p ptes. i. ꝙ quedā ptes apuꝫ grosse ꝛ quedā subtiles. Mel autēꝫ qd̄ est grossius ꝙ oꝫ est ꝓpter nimie cere multitudinē. Qd̄ aūt subtili⁹ est q̃ꝫ oꝫ: ē ꝓpter turditateꝫ: aut ꝓpter indigestionē: ideo oꝫ vt sit inter hec mediocre: vt dictuꝫ est. Et dixit Dyas. Signum bonitatis eius est odor bonus: sapor dulcis: color subrubeus. Et qñ miseris in eo digitū adheret digito ꝛ venit cuꝫ eo. ¶ Et recipit diuersitatē in bonitate ꝛ malitia ex parte tēporis nutrimenti apū ꝛ preparationis. ¶ Ex parte tpis: qꝛ melius est vernale. estiuū vo melius est. autūnale ꝛ hyemale oib⁹ deterius. ¶ Ex parte nutrimēti apū: qꝛ factū ab apib⁹ pascentib⁹ bonos flores: vt est flos amigdale ceteris temperatius existit. Ex ysopo vero calamento absinthio eupatorio ꝛ hmōi herbis calidis aromaticis calidius est: ꝛ egritudinibus frigidis: vt est epilepsia: paralysis ꝛc̄. magis est conueniēs. Fit etiā mel apū siluestre ex floribus castanearum. ꝛ idem est subamarū non ita bonū saltē in cibis cōdiēdis. ¶ Ex parte preparationis: qꝛ quoddā est coctū: quoddaꝫ crudū: ꝛ crudū ventositatē: ꝛ inflationē generat: ꝛ pectoris. asperitatē augmentat pp̄ sui acumē a nā apū acqsitū. Coctū vo ꝛ cū aqua ꝛ sine aq̄ ab his nocumētis remouet ideo vt prestanti⁹ eligat: ꝛ est tāq̃ꝫ aurū cōmendandū memorie vt semp spuma remoueat: qꝛ ipsa nō abiecta inflat ꝛ facit tussim. ꝛ sic habetur remotio nocumentorum eius. ¶ Est abstersiuū apertiuū: corpus mūdat ꝛ purgat: ꝛ expellit hūditates a profundo corporis. ꝛ ꝓhibet putrefactionē ꝛ corruptionē carnis: ꝛ linimētū eius interficit pediculos ꝛ lendines: abstergit tenebrositateꝫ oculoꝝ si fit ex eo collirium per. xx. dies. ꝛ aqua eius facit appetere cibuꝫ ꝛ confortat stōm. Et valet in passionib⁹ pectoris: ita vt sit vehiculum aliarū pectoraliū: frigidis ꝛ humidis nā maxie cōuenit p̄cipue in senorib⁹: cito in sanguinē in eis conuertit ꝛ silr egritudinib⁹ frigidis ꝛ hu. vt paralysi ꝛc̄. calidis colericis maxime conueniēs. Et dixit Circaistans. ꝙ mel album oꝫ vti in egritudinib⁹ frigidis. subrubeum in calidis. ¶ Et sciendū ꝙ coctum nō mouet ventrē. imo qñqꝫ stringit flegmaticos ꝛ est plurimi nutrimenti: nō coctum autē econtra. ¶ Postremo habeat hoc iocosum de melle ꝛ verum ꝙ aq̄ eius facta ad alebicuꝫ ꝛ quater alembicata dū modo fuerit mel p̄mo coctū facit capillos pulcherrimos ꝛ interficit lendines ꝛ pediculos. Res pueris optia ꝛ dñabus placidissima.

¶ De Menta ꝛc̄. x.

Menta calide ꝛ sicce complexionis existit in scdo ꝛ in fine. vt ēt voluit Habē mesuay. lꝫ ad tertiam traxerit. ꝛ licet sicca sit tñ in ea est superflua humiditas: ꝛ tanto plus quāto in loco humidiori nascit. ¶ Sūt eius plures spēs. sed inter alias eligat hortulana: q̄ in vsū nr̄m sepe venit. ¶ Est stōi confortatiua: ꝛ ipm̄ calefacit: ꝛ sedat nauseā: ꝛ maxime flaticā ꝛ singultū: ꝛ digerere facit ꝓhibet vomitū flaticū ꝛ sanguineū. Unde de ea dr̄. Nunq̃ꝫ sunt lenta stōaco succurre mētha. Et dixit Serapio ꝙ ipsa cum aliis comesta ē bona stō ꝓuocat appetitū ꝓstratum pp̄ suā odorabilitateꝫ: ꝛ aufert fastidiū. ꝛ ꝓhibet coagulationē lactis. vn̄de cathaplasma factū ex ea sup tumorem mamillarū ex coagulatione lactis genitū statī dissoluit ipm̄. ꝛ ꝓhibet coagulationē: ꝛ caseationē lactis in stō. si cū lacte ipso comedit: ꝛ coitū incitat maxime hortulana vñ 2°. ꝓblematū. pp̄ hoc ꝓhibet ne mētha comedat aut semen in bello: qꝛ ꝓpter vsum coitus corpora reddunt frigidiora: aut minus animosa. ¶ Ultimo ꝓ habētib⁹ maximā quantitatē casei habeat: ꝙ si caseus liniat succo mēte a putrefactiōe preseruatur.

¶ De Nuce. xi.

Et licet de nuce. 8. ponātur spēs: sermo tñ ad pñs est tm̄ de nuce: q̄ in vsu venit. ꝛ est nota. Cuius cōplo est calida ad tertiū ꝛ sicca i p̄mo: qd̄ maxime credo verū de nō recēti. Recētis vo cōplo vt ipse estimo est ad intra scdm̄. in ipsa tñ ē hūditas grossa. q̄ delet cū antiquat. ¶ Eligat nutrita ꝛ recēs mūdata a corticib⁹ suis: ꝛ q̄ velociter enucleat. est. n. stō minus nociua. ꝛ est dulcior: ꝛ gustui delectabilior. Et nux qdē cum melle nutrita ꝛ p̄parata cōfert stō frido ꝛ renib⁹ fridis ꝛ soluit: ꝛ si cū ficub⁹ comedat laudabile gn̄at sanguinē: stuporē dentiū remouet. ¶ Nuces sūt grauis digōnis. nociue stomaco gn̄ant colerā: ꝛ iō incōuenientes sūt stō calido. nocēt pectori. ꝛ tussientib⁹ per maxie inducūt dolorē capitis grauāt linguā: ꝛ faciunt in ea pustulas ꝛ i ore. Remouet aūt hoc nocumētū si cū sale aut amigdalis: aut semie papaueris albi cōedāt. Remouet aūt eaꝝ nocumētū si p̄us mūdate ponāt in aq̄ calida p noctē vt recipiāt hūditates aq̄ ꝛ fiant vt viridesq̄ vsi ꝛ eleaginitas eaꝝ remouet sicut de pineis dicet. Dixit tñ Auer. quinto col. ꝙ tpe magni frigoris: nō sūt nociue vsus eaꝝ multus īducit vermes paruos q̄ i recto nascunt intestino. Et dixit Aui. ca°. ꝓprio ꝙ comesta cū ficub⁹: ꝛ rutha est medicamē oībus venenis. Vñ ꝛ moderni qdaꝫ hoc cibo vtunt tpe pestis. ꝛ ipm̄ permaxie comendauit. Et Isidorus libro. xvii. de nuce dixit ad ꝓpositū. ꝙ tātā vim hꝫ vt si ponat cū frigidis ꝛ aliis venenosis. qcqd in eis violentum est effundit rapit ꝛ extinguit. Et posset eē verū dicaꝝ ꝓportio hoc mō. ℞. ruthe folia. 20. caricaꝝ numero. q̄. nucē. i. q̄ ꝛ si cōedat añ medicinā mortiferā ē tyriaca optima ɔ̄ ipsam. Et est res valde vtilis ꝓ oñis: ꝛ ꝓ his qui timēt itoxicari. Cōsilr valebit si ɔ̄ assūptus toxicū sumat. Et cortex eius qñ adurit: ꝛ miscet cū vīo ꝛ oleo: ꝛ liniunt inde capita pueroꝝ facit capillos pulchros ꝛ bonos: ꝛ facit oriri pilos in alopicia.

¶ De pastinaca. xij.

Pastinace due sunt maneries. alia dōestica. alia siluestris. Et dōestica. alia alba: alia rubea. Silr quoqꝫ ꝛ siluestris idē. ¶ Eligat dōestica rubea dulcis: ꝛ hyemalis: q̄ nō stetit longo tpe in terra cuius ɔplo est calida in scdo: ꝛ hūida in p̄mo. Siluestris tñ cōplexio magis ad siccitatem vīt ꝛ ad gradū inferiorē: lꝫ nō trāscendit scdm̄. ¶ Et difficilis digōnis duri ꝛ grossi nutrimēti maxime q̄ hūida ꝛ recēs est ꝛ grossa. ꝛ. q̄ stetit longo tēpore sub terra est iflatiua: ꝛ mali ꝛ corrupti sanguis generatiua: ꝛ coitū cōmouet. ¶ Remouet ir nocumētis

cius si bis dixeř: ꝛ proiectis aquis tertia coquaŕ cū lactu/
ca: coriádro: cepis: oleo bono ꝛ onfancio: aceto pipere: sa/
pa sinapi: est menstruoꝝ prouocatiua: ꝛ facit detumescē
ventrem dominaꝝ que aliqñ appent ꝑgnátes: ꝛ hoc no/
teŕ qꝛ hoc casus nō raro venit: ꝓuocat vrinam: ꝛ ꝓpꝛie se
mē eius ꝛ maxime siluestris plus omni alia re: vnde pue/
ris sufficit decoctio seminis eiꝰ: aut radices in q̄ est etiam
ꝟtus vrine ꝛ mēstruoꝝ ꝓuocatiua: ꝛ valet decoctio eius
ad liuorē epis ꝛ splenis tumorē. Et qdā dicūt ꝙ fricata
sup dolentē dētē dolorē aufert: ꝛ decoctio eiꝰ in lacte mul
tū valet in asmate. Et est remediū pro pauperibus ꝛ rusti
cis. Et scito ꝙ in omni re fortioris est opationis siluestris
domestica: ꝫ domestica in nutrimēto est magis ꝯueniēs.

ℭ De pineis. Rica. xiij.

Arboris pini reperiŕ masculus ꝛ femina. ꝛ est femi/
na maior masculo: ꝛ est illa que fructuꝫ
facit bonū. Sūt vniuersaliŕ calide ꝛ sicce: ꝛ etiā est calida
in scđo: sicca in pmo. ꝛ masculus calidior. ℭ Eligant. pi/
nee ex femina pini ꝓducte nō inueterate. ℭ Difficilis sūt
digestionis: ꝛ sunt mordicatiue stomaci ꝛ hñt in se acuita
tem: ꝑp qđ tussientibꝰ nocent nisi prepareŕ: vt infra: dāt
grossum nutrimentū: ꝛ ad dissoluēdū difficile. ℭ Remo
ueŕ nocumentū eoꝝ si prius in aqua calida infundanŕ.
vnde. Serap. sic recedit acuitas ꝛ pūctio que in eis est: ꝛ
elonganŕ a mordicatione: ꝛ tūc sunt quasi medie inť q̄li/
tatem calidam ꝛ frigidam: ꝛ inť subam aquosam ꝛ ťreaꝫ
Similiť recedit ab eis oleaginitas qua reddunŕ inflam/
mabiles: ꝛ sic ꝑpate aut in electuarijs aut in cibis lauda/
bile dant corpori nutrimentū. Et confirmat Ysaac. Con/
ferūt tussientibꝰ: maxime a cā frida: ꝛ educūt saniē de ꝓ/
fundo pectoris: ꝛ dolorē in eo mitigant: ꝛ si cuꝫ seminibꝰ
cucumeris date fuerint renū ardorē vrinā ꝓuocando au
ferūt: ꝛ qñ cū sapa preparāŕ: mūdificant vesicam a sanie
ꝛ lapidē frāgūt: ꝑcipue in pueris. Et debito modo corpo/
ri debili aut ethico exhibite fortitudinē prestant ꝛ sangui
nem augmētant: ꝛ calefacti comedant eas cū zuccaro: ꝛ
infrigidati cum melle postq̄ꝫ infuse fuerunt in aqua.

ℭ De Sale. Rica. xiiij.

Licet salis multiplices spēs sint: tñ de sale cōi si/
ue de sale panis ad p̄sens nr̄ sermo fi
at. Et est duplex. Vnus marinus: alius mineralis siue me
tallinus: ꝛ vterqꝫ ponŕ ab auctoribus calide ꝛ sicce cōple
xionis in scđo: ꝫ Ysaac cū mariꝰ calidum expressit. ℭ Eli/
gaŕ fm Dyasc. mineralis boni ꝛ clari coloris nō habēs la
pides: ꝛ cuiꝰ partes sunt equales: ꝛ hic fortior est marino
ꝫ hoc. Gal. negauerit q dixit eoꝝ acuitatē esse equalem.
Dixit tamē Dyasco. ꝛ confirmat Mes. cui hac in pte fi/
dem non paruā adhibeo: ꝛ ipm salem mineralē esse forti
us estimo: ꝛ potētius saltem ad opationes que sunt inci/
dere: exiccare: putrefactionē prohibe ꝛc̄. de quibꝰ infra: ꝛ
ratione horū dico ipsum potius eligi debere: sed ratiōe q̄
virtutes naturales confortant: vt qꝛ appetitiuam: digesti
uam ꝛc̄. prestantiorē esse estimo salem marinū. Et ex hoc
eligaŕ albꝰ clarus equalis in partibus suis sctūs in radio
solis estiuo tempore. ℭ Sal aūt componiŕ ex partibꝰ ter/
reis adustis ꝛ amaris: ꝛ aqueis sapore carētibꝰ: quare cū
plus partes terre dñanŕ tanto sal amarior: ꝛ est vnū de si/
gnis bonitatis salis. s. puatio amaritudinis. ℭ Est aūt
sal liquefactiuꝰ mediꝰ subtiliatiuꝰ: resolutiuꝰ ventositatū:
ꝓpter qđ ponŕ in sacculis carminatiuibꝰ. ꝛ adustus vel
vstulatus. Est maioris resolutionis ꝛ exiccationis soluti/
uꝰ constrictiuꝰ p̄seruatiuꝰ a putrefactione. exiccatiuꝰ mor/
dicatiuꝰ: ꝛ interdū ad vomitū ꝑparās. ℭ Ubi sciendū: qꝛ
dicebaŕ ꝙ est solutiuꝰ: ꝙ non est ꝓpꝛie radix in re medici
ne: sed est sicꝰ stimulꝰ: ꝑp qđ ponŕ in clisterijs colirijs: pil/
lulis: ꝛ alijs medicis: vt eas in educēdo cōfortet: ꝛ etiaꝫ vt
educat hūores grossos viscosos: ꝛ hoc facit liq̄faciendo
qđ ex hūiditatibꝰ venit: ꝛ post illđ stringit ventrem. Tho
masinꝰ noster accipiebat mediū manipuluꝫ salis: ꝛ inuol
uebat lineo in modū suppositorij: ꝛ ex eo hēbat sedes plu
res ex grossis humoribꝰ flegmaticis quos proprie educit.
ℭ Et sal est confortans appetitū ꝛ virtutē digestiuā: ꝛ fa
cit cibos faciliť digeri: ꝓpter qđ ponŕ in eis. vnde Arist.
de sensu ꝛ sensato Sal facit cibū ad funduꝫ stomaci cito
descendere: ꝛ ꝓpter hāc etiā cām admonet. xxj. pblemā
tū probl. v. vt in pane ponaŕ: qꝛ ex eo reddiŕ saporosior et
gustui delectabilior ꝛ digōni facilior. ℭ Sed diceret ali/
qs contra. sal habet in se multas partes terreas per q̄s vi
delicet faciat cibū cui admisceŕ magis terrestrem: vt exē/
pli grā. panis: ꝛ ex conseq̄nti redderef difficilior digestio:
igiŕ ꝛc̄. ꝛ motū est dubiū propter auaros q non ꝑmittūt
in pane salē poni cū dicūt ipm frustra in eo positum esse.
Soluit Conciliator ex hñia Or: qꝛ sal sui caliditate ꝛ sic/
citate hꝫ resoluē desiccare illa qbꝰ admisceŕ: vnde cū hūi/
do aqueo. exēpli grā. panis admisceŕ ipm resoluit: ꝛ exic/
cat rōne cuiꝰ panis reddebaŕ grauior ꝛ ponderosior. Ex
quo patet ꝙ panis sic salitꝰ leuior est: ꝛ digestioni para/
tior: q̄ꝫtū est ex parte salis: licet etiā ad hoc ꝯcurrat cōfor/
tatio virtutis digestiue per ipm salē facta: ꝛ ꝙ ita sit vt
visio dicit habere possumus signa duo. Primum: qꝛ pa/
nis sic salitꝰ quanto plus inueterascit: tanto leuior efficiŕ:
qđ nō est ex alio: nisi ex consumptione hūiditatis: ratione
cuiꝰ panis reddebaŕ ponderosior. Scđm qꝛ pistores falsi
hoc scientes salem in pane nō ponūt: nec sufficienter deco
quūt: vt pondera a p̄side constituta adeq̄nt. nam cogno/
scūt hūiditatē in pane cām esse ponderositatis quaꝫ igne
minime consumē volūt. Tertiū pōt addi: ꝛ si in 2m videa
tur ētū: sed ad clariorē noticie euidentiā ponéŕ: ꝛ est: qꝛ pa
nis non bene fermentatꝰ est aliis panibꝰ grauior: ꝛ huiꝰ cā
nulla alia est nisi qꝛ partes hūide aquee nō sufficienter a
fermento fuerūt resolute q̄ erat cā grauitatꝫ panis. Et ex
dictis haberi pōt cā quare sal corpa putrefactione preser
uat: ꝛ est cā sepe q̄sita: sua. n. siccitate cōsumit hūidū sup
fluū ebulire aptū ac putrescē calido continētis subintrā/
do ꝛ sic denudando partē ab illo hūido facit corpa lon/
go tpe esse incorrupta: sicut aloes: mirra balsamꝰ ꝛc̄. Am/
plius sui stipticitate constringit poros ꝛ meatus corpoꝝ
q̄ saluanŕ. ita ꝙ neqꝫ calidū eoꝝ inatū potest exire: neqꝫ
calidū cōtinētis extraneū pōt subintrare: ꝓpter qđ talia tē
pore longissimo pmanent imputrida: nocet cerebro ꝛ vi/
sui ad intra sumptū. ℭ Remoueŕ eiꝰ nocumentū si laua/
tur aut torrefiat: aut si comedatur cum aliquo remitten
te eius acuitatē: vt est sisamū ꝑpe aut semen papaueris:
stringit sanguiē mollificatā: sed magis sal gēme: ꝛ qñ com
misceŕ cū oleo: ꝛ ponŕ sup combustionē ignis nō sinit lo/
cū vesicari. Et coctū cū oleo ꝛ pauca terbētina ponŕ sup
puncturam neruí cecam: ꝛ ꝓhibet ab eo spasmū.

ℭ De saluia. Rica. xv.

Et licet saluia repiaŕ siluestris ꝛ domestica: de vtra
q̄ tamē erit ꝑmo noster. Diuersimode eniꝫ
graduanŕ. Nam Sera. auctoritate Gal. dicit ꝑm vnū tex
tum ꝙ est calida caliditate modica: ꝛ alius dicit calitate
manifesta: ꝛ est parum stiptica. Aui. vero dicit auctorita
te Damaŕ. ꝙ est calida in tertio: ꝛ sic in 2°. nā vt dicit ca/
lidior est ꝛ fortior maiorana. Credo tamē cum sit multū
stomacalis ꝙ eius caliditas nō transcendat scđm ǧduꝫ.
vnde Serap. numerat eā in latitudine medicinarum ca/
lidaꝝ in scđo gradu. ꝛ sic plus adhereo Gal. q̄ꝫ Damaŕ.
in hac parte. Circa instans eam in ꝑmo ǧdu collocauit:
ꝛ siccā in scđo dixit. ℭ Eligaŕ hortulana bñ culta: ꝛ i lo/
co nō nimis hūido nata boni saporis. ℭ Est resolutiua
ꝑtositatū ꝛ flegmaticarū opilationū apitiua: confortat

stomacū maxime: & exiccat humiditatem eius: confortat i/
testina debilia: ppter qđ eius vsus cōfert his qui ex fridi/
tate intestinoꝝ ventositates multiplicāt. Inebriat veloci/
ter cū ponit in vino: ppt qđ caueāt sibi qui catarrum pa/
tiunt ab impōe eius in vino: vt stomacum confortent: ne ex
vna parte iuuamentū sentiant: & ex alia sibi nocumētum
augmentent. Et apposui hoc ppter multos qui sic dele/
ctant ab impōe eius in vino cū prādēt aut cenāt: ē tamē ca/
pitalis cū ponit in embrocis: & sacculis ad resoluendum
mās flegmaticas frigidas. ¶ Decoctio eius cū suis ramu/
lis zuccaro dulcorata qñ bibit vrinā: & mēstrua puocat:
& fetū educit similr sedat pruritū genitaliū viroꝝ & mu/
lieꝝ: & eius vsus in salsamētis optimus est: & trita posita su
per morsus venenosus optime confert: & similr sup vulnera
recētia retinet fluxū sanguinis. ¶ Et est vltimo notādū
qđ Aui. fecit capl'm de marmacora: & est saluia si bene in
spiciat caplm illō. lz Symō Januēn videat dicē qđ mar
macora sit mellissa: nā Aui. fecit caplz de mellissa: sub h
vocabulo bederēzegni: & est vocabulū arabicū: & ponit a
Symōe qđ est mellissa: sic a Sera. Verūtū est eliphacos
grece: saluia latie: & in hoc vocabulo imitatus est arabos
grecum & hoc vocabulo scripsit etiam Sera. saluiā.

¶ De petrosilino. Rubrica. xvj.

Petrosilinus calidus est & siccus i tertio: vt placuit Sera. verum non gra/
duat ab Aui. & Ysaac ponit ipsum in fine tertij. Circa in/
stās vero ponit in scđo ca. & sic. & credo esse verius pcipue
itelligendo de hortulano qui multā hz humiditatē obtū/
dentē calitatē eius. Et fortassis auctores illi de siluestri: aut
montano intellexerunt. Et si bene consideret mens Aui.
in cap. de apio nō videt eum eleuare multū in gradu cuz
videat ipm ponē ex spēbus apij. ¶ Est diureticus dissol/
uēs vētositatē: & herba eius cum aliis cibis posita digōnē
confortat. Radix tamen eius est difficilis digōnis. ¶ Et
remouet eius nocumentum si bene coquat. valet etiaz in
prouocatione menstruorum: & in cibis patientium colicā.

¶ De calidis in tertio. cuius rubrice sunt. xiij. Cap. v.

¶ De alleo. Rubrica. i.

Alleum enim est duplex. s. domesticū & siluestre. domestici comple
xio ab Auic. ponit ca. & sic. in tertio. vsqz ad
quartum: & intelligo per ly vsqz &c. qđ sit in
tertia mānsione tertij que ad quartum termi/
nat. ita qđ ly vsqz teneat exclusiue. multi tamē posuerunt
ipsum cap. in quarto: quod intelligi debet de prima man
sione quarti: qui terminat ad tertiam tertij. credentes re/
cens esse minus calidum non recenti: & hoc modo possūt
conciliari hi qui videnē adinuicē aduersari. De siluestri
aūt de quo nō est plenus smo: tñ credo dōm qđ sit absolu/
te tale in quarto. ¶ Eligat illud ex domestico: qđ est mi/
nus acutū. ¶ Est incisiuū vētositatū carminatiuū plus
oīm alia medicina que ventositatez resoluat fm qđ Se
ra. posuit: aperit opilationes: puocat vrinā: vocem clarifi
cat: confert tussi ex frigiditate: interficit vermes: & ppīe cu
curbitinos: ppter qđ pueris interdū dat confert dolori sto/
maci & itestinoꝝ ex frigiditate est prauī & paruī nutrimē
ti debilitat visum: & nocet capiti colericio & naturalr cali/
dis. ¶ Remouet ab eo nocumentum si comedat cū ace/
tosis & olentibus: vt si ante comestionē in aceto infundat
p tempus. Similr si bis elixet. deinde condiant cū aceto
& sale & si comedat a fridis & humidis confert: & vrinā p/
uocat: & ventrē humectat. vide Auic. ppro ca. docet fa/
cere enema ex decoctione eius in sciatica: & ipm multum
laudat. & subiungit. Quoniā solutione educit sanguinē
& humorē colericū. Et decoctio eius cuz olibano confert
multū dolori dentiū: & suppositū puocat menstrua: & ex/
hit secundinā & diuiū habē mesuay qđ ppietas eius est qđ
abscindit sitim que est ex flegmate salso qđ gñat i stoma/
co ppter resolutionē & desiccationē eius in eo: & valet cō mul
ta genera venenoꝝ morsus serpentum: & huiusmodi. & ae
rem pestiferum. Unde Gal. xij. terapen. dixit & ego vocaui
tyriacā rusticoꝝ nominē hāc escā. Et ysaac in fine cap. di
xit. Et allea qđe prosunt his q sunt veneno infecti: & frigi
das. Passiones hñtibus. sicut tyriaca magna mūdificat
& incarnat vulnera. Et dixit Gal. Et vt valet ad vulnera
fraudulenta si ponit recēs sup ea: aut si desiccat & puluc/
rizat sup ea. Et expellit sanguisugas vbicūqz adheserint.

¶ De aneto. Rubrica. ij.

Aneti cōplexio diuersificat. Aui. ponit ipm ca. inter scdm & 3m gradum. Gal. vero vsqz ad tertiuz.
Idem habē mesuay. & Oribasi9. qb9 tribus vt estimo magi
credendum est: quoniā experimentatores sunt. Et ipsorum
sententie alludit. Serap. ponēs ipm cap. vsqz ad finē trij.
Sed vnum qro: qđ cum repiat viridis & recens & siccū sit
calidus humidor: & humidū sit elegibilius sicco qđ Auic.
tanqz de eligibiliori locutus est. & de hu. Gal. vō & ceteri de
eo qđ est magis in vsu qz siccū. Et sic cōciliari pñt hi viri.
Siccū est in secundo. ¶ Semē est magis in vsu. radix se/
cundario. tertio herba eius. ¶ Debz colligi in ve. ¶ Est
maturatiuum humoꝝ frigidoꝝ: sedatiuū doloꝝ a cau
sa frigida venientium: carminatiuum vētositatum: & est
apertiuum. Remouet singultum & inanitione cibi in sto
macho fcm: sed gñalit semen eius stomaco nocet. ¶ Re
mouet eius nocumentū si cum limonibus comedit: & for
bitiones ex eo facte lac multiplicāt. Et similr semē eius po/
situm in polentis lac multiplicat. & sessio eius in aqua de
coctionis eius emoroidibus confert: & si comburit eius se/
men: & ex eo fiat emplastrum sup emoroides aufert eas.

¶ De cepe & scalumnia. Rubrica. iij.

Ex cepis reperit diuersitas ex parte coloris forme & ppationis. Nam eorum qđā rub. qđā
alba quedā rotunda: quedā oblonga: quedā cruda: que/
dā cocta. Conueniunt quasi oēs auctores qđ sit cali. & sic
in tertio: licet in eo sit humiditas supflua. Dico qđ: qz q/
dā nō dubitauerunt eum ponē ca. in quarto: qui longinqui
sunt: vt estimo a veritate. & Gal. posuit eum cal. in quar/
to: qđ forte de sicco longo rub. contrariauit qđ est forti9:
& potest conciliari: vt supra. ¶ Et ex eo melius est albuz:
rotundū: coctū: siue assatum. ¶ Est sibilatiuū: incisiuū
abstersiuū: fortē apitiuū & inflatiuū. ¶ Et crudum non
generat nutrimentū de quo sit curandum: est tñ stomaci
debilis confortatiuū: licet sit difficilis digestionis & specia
lr siluestre. & facit appetitum. Est eligibilius si bis deco/
quat: & vsus eius facit subeth: & nocet intellectui: obtene/
brat visuz mirabilr. ideo vulgares dicūt. Tu me ha stur
ca la ceuola in locchio. Minorat nocumentū eius si cum
aceto collit aut decoquat. & similr si assumat cū lacte.
Et quādo admiscet cū adipe gallie & sup callos apponit
aufert eos. Et quādo emplastrat cum sale & ruta sup lo/
cum morsus a cane rabido confert valde. ¶ Scalumnie
sunt quasi in vtute similes cepis: & mulieres nr̄e vtunt eis
dando pueris contra vermes. Non sunt ergo pueris dan
de in magna quātitate: sed pauce & interuallatim.

¶ De porro. Rubrica. iiij.

Porrum domesticū quo in via cibi vtimur. cali. est & sic. in tertio & eo forti9 est siluestre
Est inflatiuum malū stomaco difficilis digestiōis: & illau
dabilem humorem gñat: facit capitis dolorem: obtene/
brat visum & intellectum. ¶ Remouet nocumētū ei9 cū
aceto & oleo si cū eis pparet. Et similr si bis elixetur. dein/
de cum bonis carnibus pinguibus a dicta radice feni. vel
petros. Quidā eo vtuntur aū cibū cū sale & eo casu confert

purgãdo stomacum a grossis humoribus ⁊ viscosis prouocat appetitum ⁊ ventrem soluit ⁊ fuit cibus Tadei de florentia medicine maxime illustratoris. Et ipsum cum melle sumptum clarificat vocem purgãdo cannã a grossis humoribus: ⁊ suffumigatio facta ex semine eius cum alchitram siue cum gummi cedri facit exire vermes de dente. Quidam moderni supponunt pueris porra non trãsplãtata super stomacum ipsorum: ⁊ dicunt mirabiliter cõferre in expellendo lumbricos.

ℭ De raphano. Rubrica. v.

Raphanus est duplex. silvestris de quo non est sermo ⁊ domesticus: qui est in vsu comestionis. de quo ad presens. Cuius cõplexio, vt asserũt ysaac. Sera. ⁊ Gal. ca. in tertio. siccus in secũdo quibus hac parte adhereo. licet Auic. dicat ipsum seu lignum eius cap. in primo: ⁊ humidũ ⁊ semẽ cap. in tertio. Et nõ est dubiũ quin semen eius calidius est corpore eius. Unde credo corpus ponẽdũ esse in prima mãsiõe tertij. semẽ in tertia tertij. ℭ Et eligatur raphanus dixatus. est. n. magis temperatus: ⁊ maiores alijs paribus sunt minoribus meliores: vt patet. xx. problemati. pbl. secũdo. ℭ Est malus stomaco faciens eructuationẽ difficilis digestionis: ⁊ post cibum lenit ventrem ⁊ facit cibũ penetrare: ⁊ ante cibum facit natare cibũ ⁊ nõ quiescit: ⁊ non permittit descendere ad fundũ stomaci: ⁊ iõ impedit digestionem ⁊ propter hoc etiã facilẽ efficit vomitũ: ⁊ propter cortex eius Nocet capiti dentibus ⁊ palato ⁊ visui saltem multũ comestus licet aqua eius in oculo distillata ipsum mundificet ⁊ abstergat. Si vero coquitur confert tussi antique ⁊ humoribus aggregatis in pectore: ⁊ ipse confert suffocationi accidenti ex fungis mortiferis. ℭ Comedatur nutritus in aq̃. ita vt proijciatur aqua bis: deinde preparetur cum aceto ⁊ oleo ⁊ sale: ⁊ scindatur valde subtiliter in frustra subtilia: vt digestioni sit paratior. Et folia eius venalia quãdo elixantur comeduntur cum aceto oleo ⁊ sale nutriunt plusq̃ radix. Et raphanus multiplicat lac ⁊ auget sperma: ⁊ mixtus cum farina lolij facit nasci pilos in alopitia: ⁊ eius aq̃ bibita prouocat mẽstrua: ⁊ vrinã ⁊ lapidẽ in renibus frãgit. Et semẽ eius bibitũ valet contra venena: vt tyriaca: ⁊ valet contra morsum scorpionis: ⁊ qui comederit raphanum a scorpione non sentit nocumẽtũ. Et in aqua eius visa est hec experientia: vt proiecta sup scorpionem redditus est scorpio immobilis ⁊ tumefactus intrinsecus: vt crepatus sit. Unde ⁊ Auicẽ. dicit q̃ frustũ eius sup scorpionem positũ interficit ipsum. postremo ex omnibus habetur q̃ in via cibi conuenientius est comedẽ eum post cibum q̃ ante: nam si comestus minorem agit ventositatẽ superius ascendẽtẽ: ⁊ cum sua grauitate descendit inferius: ⁊ deponit cibum in loco coctionis: ⁊ melius digeritur: ⁊ virtutem magis confortat. vbi ante cibum assumptus inducit maxima nocumẽta.

ℭ De ruta. Rubrica. vj.

Et licet ruta non sit cibus vsualis. plurimi tamẽ ea in cibis vtuntur: q̃re de ea aliquid dicẽ institui. ℭ Ruta domestica diuersificatur ex tẽpore: nam recens humida ⁊ minus calida ponitur ⁊ sicca q̃ sicca ⁊ antiqua. humide ⁊ recẽtis cõplexio ca. est in secũdo. Aui. ceteriq̃ q̃ plures auctores ysaac. Circa instans. Gal. ⁊ ceteri omnes absolute pronunciauerũt calidã ⁊ sic. in tertio: qd maxie existimãdũ est ipsos intellexisse de sicca ⁊ antiq̃: ⁊ in hoc conuenit sñia Auicẽ. cũ eis. ℭ Et ex ea melior est q̃ oritur apud ficũ: est incisiua: resolutiua: carminatiua valde ⁊ confortatiua stomaci: ⁊ facit appetitũ cibi: sedat singultum flegmaticũ. Et eius folia recẽta in vino tẽpore messis: confortãt stomacũ frigidũ: ⁊ aufert fetorẽ siue odorẽ ceparum ⁊ alleorum masticata. Et nota pro bibulis: qui prudẽtes ⁊ tẽperati hẽri volunt in populo suo immediato appetitui suadẽtes visum corroborat: ⁊ inter cetera potiter valet ad epilepsiam puerorum si cum succo eius nares eorum intingantur: Auic. prima tertij. de cura eius: ⁊ fortius isto si puluis peonie bulliatur in succo eius: ⁊ cum vino detur paciẽti: aut liniantur nares ⁊c̃. Item ex ea cum nucibus ⁊ ficu fit compositum siue antidotum in pestilentia. ℭ Non pono remotionem nocumentiq̃ non inuenio nocumentum manifestũ in ea saltem dum accipitur in via cibi vel in cibis.

ℭ De rosmarino. Rubrica. vij.

Rosmarinus est herba que rustici corpora leporum implent: vt sint melioris odoris: ⁊ ne feteãt. Calidus est ⁊ siccus vsq̃ ad tertiũ. quidã tñ nõ determinãt eius gradum: credo si talis infra tertiũ. Et flos eius dicitur anthos ex quo fit electuariũ siue confectio que dicitur anthos quã ponit Nicolaus: que valet macilentis cardiacis: ⁊ miro modo letificat hoiem. Herba eius est in vsu. Est calefactiuus: resolutiuus: subtiliatiuus: ⁊ ex consequenti ventositates expellit ⁊ aperit opilationes epatis: splenis ⁊ intestinorum: confert cerebro ex cã frigida debilitatio. s. recepto fumo ex decoctione eius cũ vino: nec est in vsu eius nocumẽtum apparẽs. dico in vsu eius moderato: ⁊ quibus conuenit. nã calidis colericis est aptus nocẽ vbi frigidis aptus est conferre. ⁊ tu in his semp considera.

ℭ De sinapi. Rubrica. viij.

Sinapis est granum calidũ ⁊ siccum in quarto gradu licet Aui. dicat. vsq̃ ad 4[m] quod põt teneri inclusiue ⁊ exclusiue: sed credo teneri debere inclusiue: vt eius via nõ dissonet a sñia ysaac: ⁊ aliorum: nã semp debemus auctorum conciliatio: vt q̃ melius fieri põt. ℭ Et ex eo melius est recẽs hortulanũ: ⁊ ad rubedinẽ declinãs. Est splenis extenuatiuum: ⁊ stomaci exiccat humiditates capitis: ledit tñ cerebrũ. Cuius nocumẽtũ remouetur si cũ ea misceatur acetũ aut amigdale: ⁊ si sumitur de ea paruz: prouocat vrinã: si multũ laxat vẽtrẽ. Cathaplasma ex eo vel herba eius secundum soluit strãguriã ⁊ dissuriã: ⁊ masticatio multum valet his q̃ linguã hñt ingrossatã ⁊ malã humiditate. ⁊ maxie p̃cedẽte bõa purgatiõe. Similiter valebit in sciatica cathaplasma ex eo secundum. nõ tñ semper q̃ vlia debẽt p̃cedẽ particularia.

ℭ Sequitur de quibusdã calidis que magis vim habent medicine q̃ cibi. imo cibi nihil: sed sunt ciborũ condimenta. vt sunt piper: gariofilus: cynamomũ: maiorana: zinziber ⁊c̃. de quibus breuiter pertrãsibo de eis solum tãgens que necessaria erunt ad vsum ⁊ condimentum.

ℭ De pipe. Rubrica. ix.

Piper reperitur in multiplici differentia: quoddã nigrũ: quoddã albũ: quoddã longũ. horum tñ in vsu magis est nigrũ. Sed nota q̃ album est magis conueniens stõ: ⁊ ipsum magis confortat: vt Aui. Piper nigrum est fortius albo. medicine aut stomatice siue res stõm confortãtes alijs paribus nõ debẽt multũ in gradu eleuari. Oẽs nãq̃ conueniunt pip esse ca. ⁊ sic. vsq̃ ad q̃rtũ: qd ly vsq̃ ad quibusdã tenetur exclusiue: a quibusdã inclusiue. Ego vero credo album eẽ tale infra 3[m]. Nigrum vero ad 4[m] tẽdẽ: propter qd albus amplius laudatur: sed q̃ nigrum siue proportio e habetur in maiori copia ⁊ meliori foro hinc de eo plus vtimur nõ attendẽtes multũ sanitati: sed auaritie ⁊ gulositati. ℭ Est calefactiuũ. ⁊ vrine prouocatiuũ si de eo multũ sumitur vẽtris solutiuũ. si de eo parum: vt patet. pbl. pbl. x. Est stomaci confortatiuũ p̃cipue fridi: ⁊ facit appetitũ. est. n. sanis cõueniẽs: ⁊ cõfert egritudinibus neruorum secundum oẽm eius administrationem: ⁊ mũdificat epar ⁊ vẽtrẽ ⁊ pulmonẽ: vt dixit Serap. propter q̃s proprietates fortassis Teutonici eo vtuntur in cõdimentis.

ℭ De gariofilo. Rubrica. x.

Gariofilus graduatur ab Auicẽ. calidus ⁊ sic. in 3[o]. quidã in secũdo debet intelligi versus tertium. Vel aliter q̃m quidã est optimus: ⁊ talis calidior: quidã nõ ita bonus: ⁊ talis in secũdo graduabitur: ⁊ hoc patet ex deco-

ctione ipsorum: nam qui sunt meliores sunt acutiores. ¶ Eligatur autem qui in superficie habet aliqualem plaitucies: nam per hoc arguitur ipsos subtilem habere humiditatem qui sunt tuberosi aliquantulum: et qui sunt acuti saporis: et quanto acutiores aliis paribus meliores: et quorum color ad aliquantulum ruborem vergat. ¶ Stomaci et epatis sunt confortativi: et confert dolori stomaci vinum decoctionis eorum ex causa frigida aut ventositate proveniente odorem oris bonum reddit: et cibaria gulosis gratiora reddit aut pulvis eius positus in condimentis: aut corpus totum positum in corporibus avium et aliorum animalium ita ut non solum ex ipsis stomacus confortet: sed cerebrum ex odore eius etc. ut patet: valet in suffocatione matricis pulvis eius bibitus cum vino odorifero calido. Item tale vinum odore suo confert precipitationi eiusdem: propter quod cum multum venerantur mulieres: et usum eorum habent. In eis non est nocumentum apparens.

¶ De maiorana. Rubrica. xi.

Maiorana ab Avic. et Gal. ponitur ca. et sic. in tertio. Circaunstans et ceteri dicunt eam calidam in secundo: quorum diversitas tolli potest: et ad consilium reduci cum sicca et humida sicca calidior est ut supra in reliquis consimilibus dictum fuit. Et resolutiva: subtiliativa etc. confortat omnia viscera: et precipue caput. unde ut credo propter eius bonum odorem a quibusdam diligitur. Et fomentatio cum ea facta matricem mundificat et confortat mirabiliter. et eius superfluitates consumit: et in initio suffocationis potenter valet: propter quod existimandum est mulieres eam tantum diligere: licet domicelle et philocapte ex alia causa eam diligant: et propterea testa ex ea faciunt sibi: ut causam legitimam habeant eundi ad fenestras: ubi procuratores videri possint in quibus cottidie eam tenent aut gratia spaciandi.

¶ De cinamomo. Rubrica. xii.

Cum cinamomum multum in usu sit in condimento cibariorum conveniat: stomacoque preter maxime confert hunc in hac parte non est pretermittendum. sed de eo dicendum quantus fructus ex eius usu humano corpori accidat. ¶ Invenio duos textus Avi. de eius graduatione. Unus ponit ipsum calidum et siccum in tertio: et huic applaudit ysaac de dietis particularibus. proprio cap. alius calidum in secundo. sic in 3°: et huic adheret Aver. 5. col. de canella sive cinamomo. Gal. vero visum est ut ponit Sera. eum trahere ad tertium gradum caliditatis. Sed cum considero causam quam maxime stomaco conferunt precipue aromatica. invenio ea non transcendere ad tertium gradum. et si transeunt non exeunt primam mansionem tertii. Unde cum illa que sunt ca. in 3° notabiliter corpus humanum alterent: ut supra patet tractatu. Et non sic confortent: et precipue stomacum: hunc credo tertium. Avic. cui applaudit Aver. esse magis verum. ¶ Eligatur novum nigrum cineritium cum rubore quod est subtile leve: et rami eius sunt spissi adinvicem leves et pleni nodis odorem habentes bonum. et eius odor debet declinare ad odorem rute et cardameni. Et duo sunt signa bonitatis eius. Primum quia suo odore vincit odorem aliorum que sunt circa ipsum. Secundum quia quando masticatur et gustatur subito replet fauces suo odore magno. ¶ Dixit Gal. in lib. de cibis. Cinamomum aromatizat stomacum propter quod cinamomum et alia stomatica debent cum eo aromatizari. Confert frigiditati eius: et frigiditati epatis facit somnum: aperit opilationes: provocat menstrua: abstergit obscuritatem visus: et desiccat humiditates que sunt in capite et stomaco. Et de proprietate eius est quod usus comestionis eius confert obscuritati visus quam accidit ab humiditate etiam si cum pane comedatur. Conveniunt autem auctores omnes in magna laudatione cinamomi in dispositionibus stomaci et maxime frigida. Confert etiam frigiditati intestinorum: et expellit ventositates ab eis et confert doloribus renum: et urinam provocat Avi. in de viribus cordis dixit quod inest ei proprietas tyriace. Et propter multa que viderat. Marsilius patavinus scripta ab auctoribus de cinamomo dixit: quod in omni dispositione stomaci non erat pretermittendum cinamomum. Dixit Avi. olaci eius mirabilem proprietatem habet in tremore et quando fit linimentum ex eo et melle delet maculam lacteam oculi et lentigines faciei: et quando teritur cinamomum et ex eo et vino odorifero fiunt trocisci et desiccantur in umbra servatur eius virtus usque ad. xv. annos: et usus horum trociscorum maxime confortat stomacum frigidum. ¶ Et si non habetur cinamomum ponatur loco eius duplum cubebarum. et hoc additum est. quia aliquando repertum est marchiam nostram. x. annis continuis carere cinamomo.

¶ De zinzibere. Rubrica. xiii.

Zinziber calidum est in tertio. siccum in secundo. nam habet in se quandam humiditatem superfluam: et maxime recens: et cum antiquatur efficitur magis siccum et minus calidum. ¶ Est calefactivum: resolutivum: incisivum: stomacum confortativum: et maxime frigidum: et consumit superfluitates in eo existentes. et ideo habentes stomacum frigidum aut hu. condito libenter utuntur a cuius usu abstineat qui epar calidum habet: ratione cuius caliditatis stomacus redditur frigidus: et quasi communiter in omnibus invenitur rationabiliter invenitur debet poni in condimentis et saporibus: et in eo invenio nocumentum.

¶ De croco. Rubrica. xiiii.

Secundus pficit ordināndo aerē declinando ad humidū. sit tamē in actis tpat⁹: sint qꝫ in loco hitatiōis redolētia p camerā sternata. ipseqꝫ sepe olfaciat odores bonos ⁊ flores boni odoris. cibiqꝫ cōsilii laudabiles ad humidū declināntes ita q: regimen ipm ad humidū declinet: ⁊ in actiuis sit tēperatū. Sitqꝫ studiuꝫ totū in ipinguādo: nisi timeat opilatio: ita q: in tota cura humectet ⁊ ipinguet patiēs. Ad q̄ complēda iuuāt maxie somn⁹: qes ⁊ balneū. Uñ Aui. ppo ca°. Sōn⁹. n. est ex cōuenientiorib⁹ curis ipoꝝ. Et Mes. eodē ca°. Et cōplet h̄ regimē ⁊c. ⁊ qete: ⁊ somno iret balneum añ cibi assumptionē: ⁊ nō nisi pcedēte eūone: in quo nō sudēt saltē notabiliter. vñ Auic. Alienēt a se coitū ⁊ sudorē vehementē: ⁊ sit humectatiuū pporionabile alijs sex rebus nō nālib⁹ positis supra de soda melācolica. ⁊ tu ibi recurras. An coitus conferat vel noceat in melancolia dicetur in dubijs.

Tertius cōplet cum digestiuis melācolie supra q̄rto tractatu. ⁊ sic dcm̄ est sup̄ de soda melācolica. ⁊ statim imediate dicet de eūatiuis oꝫ digō eūoni correspondere in v̄tute ⁊ numero. Naꝫ sicut non subita sed successiua oꝫ esse eūo: ita ⁊ digō: vt in summa dicat. paulatine digerat: paulatine eūet. Nā mā est ex se his duab⁹ operatiōibus rebellis valde ad qd facit distātia eius a vijs ductuum. nā de tali per essentiam ad presens loq:. ¶ De ea autem per cōmunitatem dicetur postea.

In complendo quartuꝫ opus est huc adducere canones de eūone in de soda fīatica: ⁊ de soda melancolica. sed q: sunt memoria digni ipos aliqualr memorabo. ¶ Primus vt nō semel ⁊ laboriosam ⁊ subitā faciam⁹ eūonē. ¶ Scd̄s q: solutiuū sit cōmēsuratū: nō excedēs. ¶ Terti⁹ vt nō spolient solutiua a rebus humectātib⁹. hoc. n. est qd operationē beatificat: ⁊ hi qdē attēdant in farmaco. In flōmia v̄o attēdāt canones positi supra de soda sanguinea. Et Aui. imo oꝫ s̄m oēm dispōnē vt incipias a flōmia qd itellige verū nisi in duob⁹ canonibus de quibus statum in canone scd̄o particulari. Itē in melācolia sanguinea nō adusta siue colerica fiat p⁹ ex nigra. In adusta siue colerica fiat ex basilica. Nā mā grossa difficilr⁹ trahit ad lōginqua q̄; subtilis. Diuersio autem siue eūo facta p nigrā est magis ppinq: scd̄a aūt p basilicā est magis remota. ⁊ hoc intēdebat Mesue dum dixit. Si sanguis exuberat in toto ⁊ vene plene sunt euacua ex vena nigra post istum ex basilica: ⁊ hoc in melancolia. in mania v̄o fiat econtra. ⁊ si oportet post istas eūo ex saphena. Et si adhuc maioreꝫ cupis diuersionem eam fac ex vena que currit vsqꝫ ad policem pedis.

¶ Circa quos alios particulares noto. Primus q: moderni in casu isto magis iubēt fieri flōmiā ex brachio sinistro ⁊ similiter pedis propter cōmunitatem splenis.

¶ Secundus q: aliquādo dimittēda est flōmia ppī duo.

Primũ ꝓp debilitatẽ virtutis. 2ᵐ q2 mã est pauca ⁊ est i capite ⁊ timem⁹ ne ex flõmia fiat excecatio magis nocens.

¶ Tertius ꝙ si sanguis in ꝓncipio clarus ⁊ subtilis veniat nõ ꝓpter hoc est strungendus: ⁊ de isto in dubijs.

¶ Quartus ꝙ flõmia sit ampla ꝓpter grossitiem humoris ne subtile exeat ⁊ grossum remaneat.

¶ Quintus ꝙ etiã considerãdus est locus doloris aut vie dispõnis vt supra tractatu primo. secundo capitulo. ꝙ si fuerit in dextro flobotometur ex dextro: similiter in sinistro ex sinistro: ⁊ hoc vbi queritur euacuatio ⁊ non diuersio q2 in diuersione secus est vt est notum.

¶ Sextus ꝙ plus ⁊ minus de sanguine debemus euacuare ſm signa demõstrãtia in toto corpore maiorem aut minorem plenitudinem si pur ꝙ omnia nõ ↄferunt transferas ꝛc ad venas frõtis nasi aut sanguisugas his locis applicabimus. ¶ Item notato si affuerit superabundantia sanguinis ex opilatione epatis aut splenis tunc ex suis venis euacuabimus modo ex vna modo ex alia vt maior necessitas ꝑsuadebit. ¶ Postremo scito ꝙ ꝓuocatio emorroydarum menstruorũ apertio varicum ⁊ venarũ plenarũ pedum sunt ex magis ↄferentibus in omni tali melancolia. Et dixi in omni tali q2 canones positi vocãtur solum deseruire sanguinee. qui tamen etiam sunt intelligendi de quolibet alio humore sanguini cõmixto. Ubi vero nõ fuerit ex sanguine sed ex alio humore post digestionem factam fiat euacuatio cum solutiuis approꝑatis sup̃ in tractatu quarto: attentis canonibus de euacuatiõe positis. Uerum cum sanguinis nõ expectetur digestio statim debꝫ medicus sanguinem euacuare precedẽte saltẽ euacuatione lenitiua vt ex canone generali. ¶ Leue solutiuũ. ⁊ est Gal. decoquatur sene in iure gallinarũ aut carniũ. ↄfert ⁊ domesticum. ¶ Aliud. ponantur sene. ʒ. vj. in infusiõe aque lactis per horas. viij. cum prunorũ numero. x. ⁊ fiat expressio fortis ⁊ ꝓpinet. ¶ Aliud ⁊ ꝓ̃seruat hominẽ in casu a lepra. ℞. epithimi. ℥. i. anisi. ʒ. ij. parum bulliant lento igne in sero caprino ⁊ addatur zuccari. ℥. i. cõtinuet. x. diebus. Laudatur electuarium Gentilis ad melancoliã cuius descriptio est. ℞. mirabolanorũ nigrorꝫ. ℥. ij. ʒ. chebulorum. ℥. i. agarici. ℥. ʒ. liquiritie: buglosse. aã. ℥. vj. sticados camedreos camepitheos: calamẽti: absinthij: sẽis anisi. ana. ʒ. ij. ʒ. epithimi: polipodij. sene. ana. ℥. iiij. prunorũ: tamarindorũ. ana. numero. xvj. fumiterre. M. i. fiat decoctio vsqꝫ ad ↄsumptionẽ tertie partis: ⁊ ponatur in ea rob vini: zuccari. ana. lib. i. lapidis lazuli armeni nutriti ſm artẽ ellebori nigri. ana. ʒ. ij. salgemme. ʒ. ʒ. diagridij. ʒ. ij. fiat electuarium. dosis est ad plus. ʒ. vj. cum aq̃ calida in matutinis: confert ⁊ quartane. ¶ Alia electuaria vt ieralogodiõ pillulas ꝛc. habes vt. s. ⁊ vt dictum est a leuiorib⁹ ad fortiora graduãdo intendamus: ⁊ est Auic. li. loco dũ dicit. debẽt iste euatiões reiterari semel in hebdomada ⁊ precipue leues. Semel autem in mense possumus vnã ex fortibus exhibere Aui. Et cõtinuetur donec recedat egritudo cum alijs auxilijs dicendis ⁊ dictis. ¶ Uomit⁹ q̃ꝫ fiat si comprehenditur in stomaco esse quod materiam fouerat cum vomitiuo supra de subeth et infra de stomaco: ꝙ si virtutis debilitatem times nõ des elleborum nec aliũ forte vomitiuum sed debile aut differ te. Illum autem cuius stomacus est debilis nunq̃ꝫ vomere facias neqꝫ in mirachia. Aui. ¶ Item fit euacuatio cũ gargarismis. sternutationibus: caputpurgijs vt tenet de foda melica.

Quintus perficitur cũ his que cor ↄfortãt vt odorationes bone ⁊ suaues vt musc⁹ ambra ⁊ viole recentes: ⁊ laudo odorationes humidas ex canone posito de regimie ad humidũ. ¶ Uerbi gratia. ℞. aquarum violarũ: nenufaris: maiorane. ana. ℥. i. puluerꝭ gariofilorum. ʒ. ʒ. musci gra. i. madefiat pecia: ⁊ similit̃ de alijs

¶ Item ad extra epithima cordiale humidũ: in actis tẽperatum vt infra de corde. ¶ Laudo i hoc casu letificãs Gulielmi placentini quo vsus sum ⁊ bene successit. ℞. serici cõbusti. ʒ. i. corallorum ru. ℥. ʒ. ossis de corde cerui. ʒ. ij. margaritarũ nõ ꝑforatarũ. ʒ. iij. cardamomi. ℥. ʒ. pinearũ mũdatarũ. lib. ʒ. ysopi: liquiritie. aã. ʒ. ij. nucis mus. gariofilorũ: foliꝫ piperis lõgi: cubebe. galãge. aã. ʒ. i. ʒ. cinamomi. ʒ. v. macis: croci. ana. ʒ. i. zuccari optimi lib. vj. coquaẽ: in hyeme vero cum tribus libris mellis cocti ⁊ dispumati: ⁊ in fine addanẽ. ℈. ij. musci: sumaẽ mane ⁊ sero ad q̃titatẽ nucis magne: ⁊ post bibat aliquid vini albi odoriferi ⁊ lꝓbati. ¶ Aliud letificans ad idem habeẽ libro diuisionũ caplo de his que ↄferunt tremori ⁊ melic. ¶ Item 9°. Almãsoris ca° de melia habeẽ letificãs cu⁹ cu⁹ initiũ. ℞. mellisse corticum citri. ¶ Item filia inuenienẽ de dispõnibus cordis: ⁊ tu ibi require. ¶ Ualet ↄsimilr̃ letificans Mes. descriptione filij zacharie ca°. de melia. De multiꝭ alijs dictum est in de foda melica. ¶ Silr̃ ⁊ potus cordiales require ĩfra de corde ⁊ cap. de peste. ¶ Item pro cõplemento ipsius ĩtroducaẽ gaudium cum nouis solatiosis cum presentia amicorũ ⁊ dñarum placentium sonos cantus delectabiles: ⁊ hꝫ que hoiem ad gaudium mouent. Nam super omnia in hoc dꝫ medicus studere: ita omnib⁹ placuit auctoribus: dentur ⁊ pecunie: iocalia: fiant promissiones.

Sextus ꝑficiẽ cũ embrocis: epithimatib⁹: vnctiõib⁹ de qb⁹ ad plenũ supra de foda melica.

Septimus cõpleatur cum his que se opponunt accidẽtibus: vt vbi grã. si adest vigilia superflua recurre ad caplm supra de vigilia superflua dicta sacra. ¶ Si võ fuerit ex animi accidente: vt vbi grã ex nouo audito malo: vt si est dominus de amissione statue: aut si est mercator de amissione mercium: aut õ morte amici introducãtur noua ↄ̃tria his que ipm ad gaudia moueãt. nã vt dictum est ad hoc super omnia niti dẽm⁹. ¶ Si vero fuerit a sola mala complexiõe singulari sola sufficiet alteratio. quomõ vero debeat fieri patet.

Cura. In facta p cõitatẽ notãdum ꝙ octo sunt a quibus p cõitatẽ causari põt. ¶ Primo a toto corpore in quo dñaẽ cõplo melica. ¶ Scdo a splene. ¶ Tertio a stomacho. ¶ Quarto ab epate. ¶ Quĩto a corde. ¶ Sexto a matrice. ¶ Septimo a mirach: ⁊ vocaẽ a qbusdã passio ypocundriaca seu melica mirachia. In oĩb⁹ põt aduri humor siue humiditas: siue in melãcoliã vertĩ aqua vaporãt ad caput vapores nigri melici: spm̃ aialẽ reddẽtes siluestrẽ: vt supra. ¶ Ultimo ⁊ octauo põt causari ex opilatiõe scã in emorroydib⁹: vt sanguis re. ẽt⁹ ꝛc. ¶ In cura itaqꝫ per cõitatem seruienẽ hi canones septem. ¶ Primus ordinatio diete. ¶ Scdus digestio mãe corrupte. ¶ Tertius euacuatio eiusdẽ. ¶ Quartus diuersiõe mã ad caput euaporet. ¶ Quintus cõfortatio membri mãdãtꝭ ne in eo mãe corrũpanẽ: imo ipm mẽbrũ rectificẽt: ⁊ fiat minera laudabilis hũorꝭ. ¶ Sext⁹ ↄfortatio capitꝭ ne illos hũores recipiat. ¶ Septim⁹ si fuerit facta ex eis ĩpressio i capite: male applicatõis ĩpresse remotio.

¶ Quid faciendum siue agendum est in cõplendo primum secundum ⁊ tertium. pꝫ ex dictis ⁊ dicendis. nã digestiua ⁊ euatiua iam vero ad illa dirigantur membra.

¶ Quarti etiã ex dictis cõplemẽtũ hẽtur. nã vẽtoẽ flõmie in ligationibus ⁊ hꝫ de quibus supra. Et opꝫ melãcolicos habẽtes vt in aliquo sint occupati quocunqꝫ mõ sit: ⁊ eis sint ꝑ̃sentes de qbus verecũdanẽ: ⁊ ei qbus gratulantur. Aui. ¶ Sed notandũ ꝙ si fuerit vicio mr̃icis: retẽtione mẽstruorũ: retẽtiõe emorroydalis sanguinis: ⁊ p flõmias querim⁹ diuersionẽ cõuenientior fiet ex saphena. Et cõsilr̃ si fuerit ex splenis vitio. huic sñie videẽ alludere Placẽtinus ⁊ ei nota ẽ ĩtelligẽti. ¶ Et nõ verbum Auic. Melia

plerūqȝ resoluit per emorroydes ⁊ varices vt in asso. libro. Et nota q ꝓuocatio emorroydarū est res singularis.

¶ Quinti pfectio habet ex singulis locis vt de nocumento illorum membrorū tractabit: ⁊ tu ad ea recurre.

¶ Sextus cōpletur cum repercussiuis dictis in pri°. vbi de dolore capitis per cōicatē ⁊c̄. Sȝ semper mēti habeas q regimē in oībus ad humidum tendat. Qualiter aūt mala qualitas ipressa remoueat pȝ ex dictis de soda melācolica. ¶ Tu itaqȝ attende in remouendo malitiam membri mādātis: vt si epar aut cor fuerint excessiue calida itē de eorum refrigerio. Itē ⁊ super ipa membra mandantia vel circa pone vētosas cum mora notabili earum. ¶ Postremo notādū q in facta per essentiā quidā ponūt vnū cauteriū in parte anteriori capitis ⁊ duo in duobus cornibus posterioribus: ⁊ ꝓfundant vsqȝ ad os ⁊ dimittunt ea aperta vsqȝ ad quatuor dies: deinde relinquunt vt se solident: ⁊ asserunt sibi successum esse: hoc tñ expertus non fui. Uidit tñ Gordonius quēdā melicū q se in capite vulnerauit vsqȝ ad fracturā cranei: ⁊ tādem illesus pmāsit q̄zdiu vuln° stetit aptū ⁊ clauso vulnere rediit melia. ¶ Itē aduertendū q diuretica sunt hic ⁊ in sequēti cap° suspecta. nā educunt subtile ⁊ grossum aptū in meliam cōuerti remanet. ¶ Scito q ablutio pedum cum meliloto: camomilla ⁊ hȝ maxime confert in omni specie melie. Et nota q melācolia ꝯsueuit habere lucida interualla: quare ⁊c̄. lege in fine sequentis rubrice quod hic addere debes.

¶ De mania. Rubrica. xij.



Mania est mutatio cogitationū vt supra ī melācolia a cursu naturali cum rixa ⁊ audacia. Cuius causa fm plurimū est materia colerica aliqualit adusta vel melancolica adusta in qua vincit caliditas accidentalis. Dicitur fm plurimum: q potest fieri a flegmate adusto q̄zuis sit valde raro: ⁊ tunc aliqualiter furiam eius adustione causari poterit. Dicitur aliqualem cum sit humor non patiens aliquā multam adustionem ⁊ ex consequenti igneitatem. Unde 2° tegni. Et si ad plurimum venerit caliditatis furor ⁊ maniaca confidentia. Quidā tamen tenuerunt ex tali adustiōe cāri meliam ⁊ nō maniā: sed in dubijs dicet. Consimilr pōt cāri ex sanguine adusto. Dicit in qua vincit calitas: q si caliditas non vinceret nō fieret mania sed magis melia vt patet.

¶ Due assignantur manie species: lupina ⁊ canina: iter q̄s ponitur differentia. Nam lupina est cum rixa vehemēti. similiter cum audacia: cum contentiōe a qua nō vult vinci: cum malo aspectu: cum inimicitia ⁊ odio inobediētia sine solatio ⁊ risu sȝ semp cū furia vt lupi. ¶ Canina est cū aspectu nō multū a ꝯsueto distāte: ⁊ lȝ sit cū rixa ⁊ audacia tñ adest obedientia ⁊ amicitia ⁊ cuȝ solatio aliqñ ⁊ risu: ⁊ pmittit se vincere hoc est suas cum alijs dānat opiones erroneas ⁊ alijs credit conueniendo cum eis vt canes qñqȝ faciunt: vñ talis fit qñqȝ a sanguie adusto vel a mā ꝓpinqua sanguini adusto. nā ex adustione recipit furiaȝ ex sanguine risum ⁊ benignitatē: ⁊ hanc passionē consueuerūt incurrere moniales ⁊ vidue ex retentiōe mēstruorū abūdātium in venis matricis ⁊ consilr ex spermate diuretēto ⁊ ꝯuerso ad mām venenī a quo vapores eleuati causant similia accidentia vt menstrua ⁊c̄. Et forte plurimi religiosi boni ⁊ precipue iuuenes incurrunt hāc passionē: ⁊ a multis iudicatum est ipsos eam pati ab abstinentia cibi ⁊ potus ⁊ vigilia ⁊ errauerunt. ¶ Cōsilr cōsueuit contingē ob has cās virginib° adultis cū tēpus trāseunt. ⁊ ex hoc qdā credunt q vapores illi eleuati mali ⁊ multi inficientes spūs faciunt tales loqui qd non viderunt neqȝ audierūt: ⁊ ex ꝯsiti vaticinari. Sȝ alr sunt ista tractanda iō in eis nō ꝓsequor: ex qbus pȝ ipsam etiā per cōmunitates cāri. ¶ Quidā tamen dixit hoc contingēre q tales sunt fm eorū aīam separati ab istis extrinsecis pp corruptionē imaginationis ⁊ tunc astra ⁊ celum animā eorū mouēt.

Cause sicut dictum est de melia q alia est per essentiaȝ reliqua per cōitatē: ita de mania pariformiter est dōm. Nam ex pte causarū habēt ꝯformitatē cum cāis melie. ꝓpter qd Gordonius de ambabus vnicum fecit capitulū. Ufi Aui. de mania. Uerū tamen causa faciens demonium est melācolia adusta fcā a colera aut a melia q̄ est deterior: ⁊ differunt in hoc a melia quia melia est fcā a melia naturali aut p adustionē talis ex flegmate vel sanguine dulci: ⁊ ideo melia est cuȝ timore ⁊ quiete. Mania vo est tota saltus agitatio ⁊ inquietudo ⁊ cum aspectu inhumano: ⁊ cum ista dispōne fm plurimum non est se.

Signa demōstratiua mutatio operationū moraliū vt dictum est hic ante in precedenti rubrica. Et signum q sit ex melancolia adusta: eius demoniuȝ ⁊ lupinositas faciunt cum cogitatione ⁊ quiete spacio aliquo: deinde cum mouetur loquitur ⁊ incipit ratiocinari cogitans. ⁊ est cum exsiccatione corporis: ⁊ color vergit ad nigredinem habent somnia mala: ⁊ quādoqȝ euomūt quid acetosum super terram bulliens.

Eius vo que est ex colera adusta signū: q statiȝ pmittant ad ꝯtētionē: ⁊ sunt ingeni: nō recordantur odij ⁊ ꝯtētionis sicut pmi: ⁊ multiplicat agitatio ⁊ rixa.

Pronostica. Incubus cum caliditate cerebri. pedes rubei sanguine repleti: sanguis in mamilla coagulatus sunt ex signis ꝓnosticis iudicātib°. Et pro causis poni possunt: ⁊ cum medicus hec viderit cum caliditate vehemēti dubitare debȝ de futura mania. maxime qñ etas: cōplexio: tēpus: vt autūnus in q̄ multiplicat fm plurimū: aut ver: aut estas cum his ꝯcurrent. ¶ Cūqȝ post maniā superuenerit fluxus emorroydalis: aut varices: aut idrops debet medicus de salute ꝓnosticari. ¶ Q, si fuerit vitio stomachi: ⁊ vomitus succedit melācolicus ex melia adusta: vel de colera adusta dȝ ꝯsimiliter salutē ꝓnosticari. Aui. ¶ Et multotiens accidit mania in egritudinib° acutis significans crisim: q si reliq̄ signa eius itētionē decrescūt significāt q crisis erit bona.

Cura. Canones siuādi sunt. Ordinatio diete. Secundus: q mā videt sapere q̄si nām furiosi humoris: ⁊ q habilis satis ad euacuādū erit euō ⁊ leuis. Tertius digō. Quart° euō fortior. Quintus diuersio. Sextus capitis confortatio. Septimus accidentium correctio.

¶ Primus complet vt dēm est de carabito ex parte aeris: Itē q sit frigidus ⁊ humidus nāliter vel artificialiter faciens sternēdo humida: irrorando camerā: ⁊ cultrinas siue lintheamina posita circa lectū: vt istra de peste. loca habitare terrena. ¶ Cibis vtat humidis ⁊ frigidis: de qbus in tertio tractatū. in mā colica valentib° ita q in summa studiū tuū sit infrigidādo ⁊ humectādo: ⁊ magis leuib°. Consimiliter potib° vtat. ¶ Et q somnus cōprehendit sub dieta dōm q ipsi eo vtant q̄ntū possunt. ⁊ cum hō medicus conari dȝ vt est posse. nā est ex reb° ꝯuenientiorib°: vt in pcedenti cap. ⁊ a vino abstineāt omnino nisi declināte morbo quo tpe dari dȝ vehemēter admixtū. nā illud humectat ⁊ dormire facit. Aui. in fine capituli.

¶ Secūdus pficit cum euacuatiuis colē aduste supra q̄rto tractatu. Et in eo casu plus placerēt mihi infusiones ⁊ medicine liquide q̄ solide. Et causa q̄m citius operātur. Secundo: q humectāt sine minus exiccāt. Aui. tñ ponit pillulas plurimodorū q̄s laudāt: ⁊ silr Raf. q tñ ponit decoctionē deinde exhiberi post eaȝ assūptionē. ¶ Itē pt fieri talis decoctio. ℞. epithi. sene. ań. ℥.ß. prunorū. ℥.ij. bulliāt in aqua ⁊ colent: ⁊ de hac colatura recipiantur. ℥.iiij. māne. ℥.i.ß. vel cassie. ℥.i.ß.ij. ¶ Alia decoctio. ℞. mirobo

lanorum indorum ℥.i. epithimi. sene. an. ʒ.iij. pruna nume ro .x. pistenf pistanda ꝛ bulliant oia in aqua ꝛ colenf ꝛ de illa collatura accipianf. ℥.vj. ꝛ addaf. ℥.i.ß. sir. viol. ꝛ propinef. tu recurre. vt supra ꝛ alia per te fabrica. ¶ Itē si fuerit necessitas flobothomie quod signis aliquibus comprehendif seruenf canones vt supra de melancolia.

¶ Terti° pficiaf cū digestiuis. Et cōsilii qrtus cū euacuatiis fortiorib° positis supra tractatu quarto de melia adusta.

¶ Quint° cōpleaf vbi sit talis p cēntiā cū leuib° diuersiōib° vt cū fricatione leui fcā in ptib° iferiorib° ne ponaf mā in motu ꝛ ipsa ampli° calefiat ꝛ agitef. Ipsi nāqꝫ illas fortes nō patiunf diuersiones ꝛ irritanf ꝛ ampli° furiūt. teneanf nāqꝫ eoꝝ pedes ꝛ crura in aq̄ q̄si tepida seruata semp ipsa in eodē gradu cū alia aq̄ cala. ¶ Itē si fuerit p cōitatez a toto verende sunt pcussiōes ꝛ vēticat ōes q̄s qdē facuit pp cās dictas. Q̄ꝫ fuerit ex membro aliq̄ pticulari. vt exempli gratia ex splene. tūc rubicāria vētose ꝛ cauteria ꝛ hꝰ forma diuersiua vt clisteria suppositoria ponūt iuxta splenē erūt eo casu conuenientia ita placuit Mes. nostro de mania ꝛ melancolia. Similiter fiat cū forti ꝓuocatione emorroydaꝝ menstruoꝝ. appōne ventosarum in tibijs.

¶ Sext° cōpleaf cū rebus infrigidātib° ꝛ humectātib° capitalib°. vtō de soda colica embrocis epithimatib° ꝛ fortasse erit necessariū: vt ipsuꝫ epithimes qnqes in die siue embrocēs: vt Aui. fiat. n. vt dcm̄ ē de soda colica capitis abraso prius. Item mulgeatur lac mulieris lactantis puellā super caput sic rasum. Itez si opꝫ transire te ad opiata cum quibus ponas camomillā ꝛ alia corrigentia vt supra de colica. ꝛ ibi habes canonem de applicatione opiatorum.

¶ Accītia ꝯsueta his euenire sūt vigilia. Et furor q̄ se aut alios ledūt. ¶ Primū ex dictis inde vigilia superflua corrigaf. ¶ Scdm̄ cum pōne eoꝝ in ꝯpedibus ligādo eos ꝛ man° spāsr ne alios ledāt vel ferf instrumēto eleuato a tra ꝛ suspenso in aere ponanf. vt est dictum in vulgari nr̄o d viscolo. nam si in eo leuiter ducenf inducef sōnus vt pueri cū cunabulo. ē. n. sic cunabulū suspēsum. Multi delectētur ꝟgulare ifirmos ꝛ ipsos vehemēter ꝟgulāt seu ꝟgulf pcutiunt credētes mām diuertere. Usqꝫ mō nō legi in aliquo auctore. bene ꝓapit Aui. Gordonius ꝛ ceteri vt isti sub timore teneanf ne alios neqꝫ se ledant vt obediētes fiāt assūptioni ciborum ꝛ medicaminū: quoꝝ inobedientia curaꝫ maxime impedit. ꝛ iō eos morose atqꝫ prudenter virgulare est rōni ꝯsonum ꝛ fiendū ꝛ tu lege in fine de pmixtione sensus ꝛ statum i fine sequentis capli. ¶ Audi que nostro tēpore nostra qꝫ euenit ciuitate. nam cum quidam scolaris de Saranallo factus esset maniac° ꝛ a quodā socio medici acriter verberaref cū ad aliqualez restitutus fuerit sanitatem memor ꝟboꝝ insuperabiliū euaginato ense in faciē eius pcussit: a fatuis ꝛ maniacis cauendum est.

Cura vō si p cōitatem fuerit vt si ex retētio mēstruorū prouocentur menstrua cum flōmia saphenarūꝫ ꝛ ceteroꝝ: de quibus infra de retentione mēstruoꝝ. ¶ Si vero fuerit ex retentione spmatis corrupti ꝓuocef ad coitum. ꝛ hec ē via securior ꝛ facilior ꝛ nobilior ꝛ vltima. Si autem id fieri non posset: q2 monialis virgo aut casta nolens se subīcere ꝛc. sic procedaf obstetrix digitum eius pecia inuolutum: ꝛ oleo de spica madefactum cuꝫ pauco camphore dissoluto in vuluam ponat ꝛ fricet tam diu q̄ patiens conqueratur. Uel sic inuoluaf cādela conuenientis quantitatis vt digitoꝝ octo vel circa cum pecia madefacta in oleo de spica in quo sit dissolutuꝫ parū musci aut ambre ꝛ ponatur in vulua. stetqꝫ per horā vel circa ꝛ ipsaꝫ extrahat: deinde ipsam madefaciat vt prius ꝛ ipsam iponat: ꝛ sic reiterando pluries in die. sed prius legetur cuꝫ filo forti candela vt ad libitum extrahi possit. Item fiat leuis fricatio vt dictum est sic interponēdo modo cādelaꝫ modo fricando. hoc enim est subtile remedium ꝛ in prefocatiōe matricis. ¶ Aliud. ℞. agni casti. ʒ.iij. iuniperi: mirtillorum. an. ℥.ß. peonie. ʒ.i. perfecte pistentur ꝛ non cribellentur. ꝛ cum melle non dispumato fiat electuarium. de q̄ accipiatur mane ꝛ sero cum itur dormitum ad quantitatem nucis magne. ꝛ post ipsam assumptionē bibat modicū vini limphati. valet enim in casibus dictis ꝛ infrigidatiuus capitis mulieꝝ ꝛ sensu. ꝛ in oibus mulieribus in quibus frigiditas membrorum ꝛ capitis conuenit. ¶ Et consimiliter si ex alio loco vel membro euenerit fiat proporcionabiliter vt dictum est hic ꝛ supra de melācolia. ¶ Et nota q̄ tam mania q̄ꝫ melancolia consueuerunt habere lucida interualla. ideo de eorum cura perfecta non est sic sperandum faciliter. Nam dixit Cermisonus se plures q̄ꝫ centū in manibus habuisse de quibus nō fuerūt pfecte curati nisi tres vel quatuor. Et ideo nō sine causa dicitur q̄ semel saluus est nunq̄ꝫ curaf. adde in de melancolia supra.

¶ De cutubuth. Rubrica. xiij.



Cutubuth est species melancolie in q̄ est mutatio cogitationuꝫ ꝛ memorie lesio ſm plurimuꝫ in februario cōtingens facta a melancolia nō adusta in qua tamen nō vincit caliditas accidētalis ad quā sequitur ex modo sue corruptionis: quasi continuus motus eorum: ita q̄ in vno non permaneat loco. Et dicif non vincit caliditas accidentalis quoniam si vinceret essꝫ cū ea furor aut motus furiosus: cuius oppositum ꝯtingit. nam tales sunt in vltimo quietis: vt Auic̄ proprio capi. Et dr̄ ſm plurimū in februario ꝛc. dicef in dubijs. Et dicitur cutubuth a noie aialis qd̄ inuenif in superficie aquaꝝ stantium. ꝛ tn̄ ex oi re ei occurrente mouef. imo modico spatio stat q̄ nō moueaf. q̄si ē in ꝯtinuo motu. ꝛ dr̄ capi. aque.

Signa patientes cutubuth sunt quasi in ꝯtinuo motu fugientes consortium hoium: ꝛ adherēt sepulchris ꝛ ecclesijs ignorātes quo vadāt. Et est coꝝ color citrin°: ꝛ qnqꝫ vt sanguinis putrefacti. lingua sicca sitiens ꝛ super cānā eius sunt vlcera que nō ꝯsolidanf: ꝛ eius oculi sunt debiles ꝛ nō lachrymātes: ꝛ sunt submersi. Et ex his habentur signa. Et recipit hec melancolia talem modum corruptionis ad quē sequunf hec ꝛ alia plurima accidentia quemadmodum plures alie melancolie species.

Cura est ordinatio diete: digō mē: euacuatio: diuersio si necessaria fuerit: cordis confortatio: capitis alteratio cū his q̄ malā remouet ꝯplonē. Accītiū correctio.

¶ Quid in p̊ agēdū sit pꝫ ex dictis de melancolia.

¶ Pro secundo vero dicendum q̄ vbi mā fuerit sanguinea ꝛ mista: aut sanguini admixta dꝫ fieri flōmia vsqꝫ ad leuē lipotomiā si virtus ꝛc. consentiat seruatis canonib°: vt supra de melancolia hec est visa sententia Haly. nono theorice. ꝛ p̊ apho. in ꝯmēto. Que egeruntur. Et Raf. 22. ꝯtinētis penul. cap. Nā forsitā timef capitis apostemario. quare Raf ipse hanc passionē vocauit birsen melicaꝫ: ꝛ ideo p̄cepit flōmiā. ꝛ tu cōsidera. ¶ Si vero fiat ex alio humore fiat euacuatio: vt supra de melancolia. Et replicandū est. vt ēt replicat Auic̄. q̄ sup oia dormiāt q̄nto plus pnt. ē. n. som° ex ꝯuenētiorib° curis ipsoꝝ. Aui. de melia. Tu ergo stude ad eius introductionem. ¶ Laudat Auicē. ꝛ ceteri moderni cauteriū sinciput: vt supra de melia. Itez laudaf flagellatio: de qua statiꝫ hic semper sit mēti q̄ sepe vt dcm̄ est redeūdū ē ad medicamina: q2 nō in vnica purgatione sananf tales. ¶ De flagellatiōe siue pcussione inuenio ab auctoribus ob duas cās debere fieri. Prima ē vt timeāt. ꝛ iō i ō mania dicebaf. vide ibi. ¶ Scda ēt vt ex tali pcussione rō ad se ꝯuertaf ꝛ obedientes fiāt. ita visus ē Aui. velle caplo de pmixtione sensus pma tertij. ꝛ iō credo q̄ habentes cutubuth ēt sunt flagellādi si opꝫ ēt sup caput: vt Aui

ponit et a lapide cedēdi vt Aui. allegato loco. Sz iste per/cussiones debēt esse morose et non facte ad diuersionem vt multi faciunt. ¶ Notandum tamen q̄ nō debent fieri in duobus casibus. Primus vbi virtutis debilitas. ¶ Scōs vbi timetur futurum aposteme aut eius pritia. vt prima ter tij. de permixtione sensus et alienatione.

¶ De ilischi. Rubrica. xiiij.



Ilischi est sollicitudo melica q̄ quis ob amorem fortem et intē/sum sollicitat hr̄e rem quā nimia auiditate cō cupiscit: cuius causa fm̄ plurimū est animi for te accidens. ¶ Et ilischi est nomen arabicū. apud nos ve ro interpretaꝛ amor. Unde hec passio a multis dicta ē he reos. q: herois siue nobilibus pl̄s contingit. naz hi ex alijs nō impediti super alios procanꝛ. Dicitur sollicitudo q: ta les facti iam melancolici ex amore inordinato sunt in con tinua cogitatione memoria et imaginatione: ita vt nō dor miant neq̄ bibant: semp vel q̄si. semp. n. sunt in actu 2° re/spectu alicuius haꝝ trium v̄tutū q̄ corrupte operatur aut iudicat pulchrū qd̄ non est: sūmū bonū qd̄ non ē. vn̄ tales iudicāt illā mulierē quā diligūt meliorē formosiorē mel' morigeratā et in summa oi alia meliꝰ dotatā iuxta illud.

¶ Si qs amat ranā: ranā putat esse dianam. et aliter.

¶ Omnis amans cecus non est amans arbiter equus.

¶ Nam difformē pectus iudicat esse decus.

¶ Nā ex ipo amore isanīūt nec nocte aut die quiescunt facta im/pratione v̄tuti motiue a ɔcupiscibili mota a ab imagina tiua cui ipauit v̄tus altior. s. estimatiua. et sic de alijs. ¶ Ex qbus iferri pōt q̄ ēt memoratiua ledi pōt p iectionē qd̄ m̄l ti negauerūt. Corrclariū tn̄ Scōli vr̄ veꝝ b̄ i ca. Sūt i sum ma in ɔtinua sollicitudīe saltē mētali ad ɔseq̄ndū qd̄ cu pūt. ¶ Dr̄ cui° cā rē. q: i b̄ dr̄t a melia ɔpe ocā. nā illa est vitio hūoris vel male q̄litatis sp̄. ista āt accntis animi. et lz ita sit: aliq̄n tn̄ cōtingit vt ipsa sit cū humoris melici vicio. ¶ Tales qdem fm̄ pl̄m sūt cupiētes dn̄as q̄s iordinato amore diligūt. Dr̄ fm̄ pl̄m. q: ēt aliq nō dn̄as cupiūt sz re/uerti ad patriā quā sūme et sūme amāt. Un̄ aliq p̄mā dispō nē noiauerūt hereos. 2am vō q̄ ē amor repatriādi ilischi ap pellauerūt. Ego vō feci ilischi terminū cōez. O miseri qui ex tā pua ac cito trāsitoria delectatiōe tā ḡuia et q̄si insup/portabilia vt sunt non timere frigus neq̄ vigilias ɔtinuan tium: famē et h̄mōi videtur facilia et delectabilia. vt ribaldo/nes qui vitio ludi aut vini nudi incedūt. Et iō b̄n cantauit Ouidius. Attrahe sublimi triste pependit onus.

Cause passio cōiter icurrit deliciose viuētib°. solitarijs cōtinētib°. religiosis. et his q ocio reguntꝛ.

¶ Et ex causis p̄mitiuis sunt aspectus delectabilis rei: aer calidus et hu. vnal clar° qes ociū. vt. s. dcz est. vn̄ dr̄. Ocia venus amat. et cibi et pot° spma multiplicātes letitia et h̄mōi.

¶ Cā aūt ē mala cōplō cala et sic. aduréns hūores et i melīaz ɔuertēs. et iō stude i eius curatione cū canōib°. s. de melia et mania: q̄ mala ɔplō aut est in cerebro aut in alio mēbro.

¶ Cōiucta aut est nimia et ɔtinua opatio v̄tutis imagiatiue et cogitatiue circa desideriū rei ɔprehēse. Et mod° ḡnatiōis ē q: apphēso obto a v̄tute imagiatiua p p sēsū exterio/rē sibi ōportato fm̄ pl̄m tāq̄ mltū delectabili: deinde v̄tus extimatiua iducit ip̄m eē appetēdū et vltra q̄z ɔuenat. et in b̄ corrūpiꝛ iudiciū. vn̄ filocapti sup oēz rē amasiā appetūt oīa alia spnētes et existimātes suā felicitatē eē si hr̄e possent et sic de his q̄ talia sine vsu rōnis appetūt. Extimatiua que ē v̄t° altior iperat deīde imagiatiue. et imagiatiua ɔcupisci bili: et ɔcupiscibil' irascibili: et irascibil' motiue lacertoꝝ. et sic totū corpus moueꝛ spreto ordie rōnis et discurrit de nocte et die vagando spnēdo frig°. calores: picula et h̄mōi stās in ɔti nua cogitatiōe et ɔcupiscētia ad rē desideratā ita q̄ si cuz his sit sermo stāt vt nō audiētes neq̄ vidētes. Et qz be vir/tutes ɔtinue opanꝛ hinc sp̄us resoluunꝛ et organa infribi/danꝛ et exiccāꝛ. et sic ad nām melicā ɔuertunꝛ et marie ven triculus medi° et anterior. sic itaq̄ fit sollicitudo melica.

Signa et si satis apta sint ex dcīs tn̄ ea sic iscribā vt ex alijs collegi. Hi. n. cibū et potum amittūt et so/num. vn̄ corp° maceraꝛ: cogitatiōes hn̄t occultas cū suspi/rijs luctuosis. oculi ɔfūdanꝛ palpebre et oculi nimio motu mouenꝛ. ridēt ac q̄si aliqd delectabile audiāt. paucitas la chrymaꝝ nisi cū adest fletus pulsus diuersus absq̄ ordie et alteraꝛ pulsus cuz memoraꝛ aut videt quam diligit. Et ideo medicus qdā cū teneret digitos super arteriā cuiusdā iuuenis infirmi: et ꝑ tunc añ ipsuz infirmū trāsiuit ancilla dom° sensit eo instāti pulsum alterari notabiliter. et cautus de nouo fecit ipsam de nouo venire ad eius presentiam ꝑ certa causa: et tūc iterū percepit pulsuz sūme alterari. et sic cognouit vnde erat egritudo. et ideo curiosi medici de hoc dubitantes p̄mo tenent digitos sup pulsum: deinde sic te/nendo nominant illas quas ex relatu vel illā quā scit ama re et in eaꝝ noie statim cōphēdit pulsū alterari. Itē fiet cū audiuit cātilenas amoris. et cū rememoraꝛ eis tripudiū ali quod. Itē sunt coloris citrini. vnde Ouidius. Palleat ois amans. color est hic aptus amanti.

Pronostica nisi cito currenꝛ melici fiūt: et in ma niā cadūt aut moriūꝛ: et iō stude.

Cura si fuerit hūoris vitio seruenꝛ canones de melan colia positi p̄. 2e. seruenꝛ hi q statiz dicēꝛ de cura ei° ex aie accītib°. ¶ Prim° ē fmo viri prudētis quē i reue rētia h̄z. ¶ Scōs ē annūciatio magni gaudij aut magne tristitie. ¶ Tertius est occupatio i multis ac varijs nego/cijs. ¶ Quart° elongatio a patria. ¶ Quintus inductio ad amorē aliaꝝ. ¶ Sext° pambulatio p loca amena et de lectabilia. ¶ Septim° aspect° turpis vetulaꝝ. ¶ Octau° narratio turpiū de amasia. ¶ Non° p̄ratio supfluoꝝum amice. ¶ Decim° si cetera nō valēt copl'atio cū amica scd̄ ex lege. ¶ Undecim° si oīa ista nō ɔferūt ꝯgulatio' ei° et reductio ad canones fm̄ ordinē. ¶ 12° si oīa non ɔsiciunt eius dimissio in pace.

¶ Primus cōpleꝛ cū v̄bis ab eo viro prudēti ex ɔfissis ostēden/do mundi pericula: iudiciū dei. gaudia paradisi: penas in ferni dulcibus verbis admonens.

¶ 2° pficiꝛ annūciādo ip̄z eē factū militē: aut dn̄i picernaꝝ: aut aliqd̄ tale. et si vr̄ q̄ ide delectetur, pseq̄n rōcinādo q̄si ɔtinue de illo offōvt obliuiscaꝛ: imo dari fateaꝛ officiū aīe di gnitatē si poss' ē. honores. n. mores mutare ɔsueuēt. Aut apeṙiēdo mortē pr̄is aut amici. aut q̄ dn̄s vult cū facē ire fice: et mittere satellites q̄s videat. in absōso tn̄ et tēm ostēde re: et cū eo sit soci° q loquaꝛ cōtinue sermocinando de tollē da inimicitia eius cū domino. dispūtet de causa.

¶ Tertius cōpleꝛ tenendo ipsum occupatū in varijs ac di uersis laboriosis negocijs et necessarijs: ita q̄ ex toto aufe/raꝛ ociū. Unde Ouidi°. Ocia si tollas perire cupidīs artes. Da vacue menti quo teneaꝛ opus.

¶ Quartus cōpleꝛ per varias et longinquas regiones ducē do in qbus varia et diuersa videat a qbus distrahaꝛ. vnde Ouidius. Uade p vrbane splendida castra troie. Pyridas inuenies et rerum millē colores.

¶ Quintus. vnde Ouidius. Hortor et vt pariter binas hēa/tis amicas. Fortius et plures siquis hr̄e potest.

¶ Sextus rē. per loca: prata fontes: montes delectabiles: et h̄mōi. venando: ludendo rē. audire cantus: sonos delectabi/les rē. ¶ Nota tn̄ q̄ Aui. dicit q̄ aliquando ista. s. sonus cantus rē. nō distrahunt: sed reducunt ad memoriā magis: et augmentaꝛ ilischi: vnde oportet q̄ homo sup hoc sit pru dens in hoc comprehendendo.

¶ Septimus appresentetur vetula nuda cum barba lon ga ceruicibus barbata.

¶ Octauus patet vt q̃ sit meretrix ebriosa: quod ꝛ apparet de ea multa enormia dicit.

¶ Nonus cōplet cū apprehensione sibi facta a vetula cum panno tincto menstruis dicendo hec est ꝛc.

¶ Decimus cōpletur cū cōiunctione eoꝝ. ꝛ tu medice non consulas id fieri nisi fiat ſm modū pmissionis fidei ꝛ legis vt dicit Aui. ꝛ ipse nō fuit xpianus: quāto magis tu xpiane. Et dicit Aui. multos fuisse sic curatos q̃s vidit. non. n. sunt facienda mala vt eueniant bona ꝛ plures hac via curati sunt. Utꝝ coit° ↄferat dicet i dubijs. Dixit tñ Ras. in diuisionib°. Curatio ei° ē assiduatio coit° ꝛ ieiunij ꝛ ambulatio ꝛ ebrietas plīma assidue. Et in Uiatico auctrate Rusi. Coit° inqt valere vr̄ qbus colera nigra ꝛ mania dn̄antur.

¶ Undecimus cōplet cū virgulationibus moderatis: tñ nec incipiat timere: imo si noluerit medicamina assumere ꝛ ipsa fuerint necessaria tu cum timore ꝛ vgulatiōe fac tibi obedire: deinde redeas ad canones dictos eo ordie vt. ē. habeo tñ aliū modū quē ob reuerētiā legis xp̄i scribere desisti. Et cōsilr̄ dōm ē in eo q cupit repatriare ꝛ si restitui pt ad patriam fiat si non seruent canones dicti. ē. pportionabiliter: ꝛ iuuabit legere ouidium de remedio amoris.

¶ De amentia ꝛ stoliditate. Rubrica. xv.



Eamentia ꝛ stoliditate ꝛ corruptione imaginatiōis. Cōueniunt. n. hec duo prima ꝛ adinuicem dr̄nt. Conueniunt enim loco ꝛ lesione eiusdem virtutis q: vtraqꝫ est lesio cogitatiue loco: quia vt supra in me dio vētriculo est talis lesio. Dr̄nt qm̄ stoliditas ē lesio diminuta cogitatiue virtutis. Amentia vero ē ablatio eiusdem. dicuntur tñ a quibusdam fatuitas ꝛ insania ꝛ multis alr. Sunt enim stolidi infantibus sifes in q bus nō est opatio cogitatiua nisi q̃ est a nā. vt claudere oculos cū abstergit ab eis lipitudo. ꝛ extēdere manus vel brachia ne cadāt ꝛ vt sustentent. Hec enim est naturalis extimatio vt Aui. vi. de nālibus. quarta particula. ꝛ vt dcm̄ ē a multis alr noiat. sed a medico non est de nominibus disceptandum. pma pmi. doctrina sexta. v. capitulo.

Causa dispositionū est friditas pura aut friditas cum siccitate: aut friditas cū aliquo hūore flegmatico in vacuitatibus vasoꝝ cerebri. Ego quoqꝫ vidi Henricū hospitē ex casu fieri imediate stolidū arbitrat° fui hūorē flaticū ad locū mediū cerebri ex motu siue pcussione puenisse q ꝛc. ¶ Describat ḡ sic. Stoliditas est lesio dimīuta cogitatiue vtutis a mala ↄplone frida tm̄ aut fra cū siccitate. aut frida cū hu. flatica .cita. ¶ Amētia vo est lesio ablata ꝛc. Et ꝺ marie intelli hñt de his facto vt sīt sine senā de his vt se. ↄsequunt vt sunt vt eaꝝ accn̄tia ē alr agēdū. Utꝝ aūt possint a calitate fieri dicet in dubijs. Cōplio vo medie ptis cerebri ad calitatē declinat. vt. ē in pn. cap.

Signa habeātur per ea que de mala complexione cerebri supra.

Cura hꝫ canones. Primus ordinatio diete ex pte aeris oꝫ eē in loco luminoso: subtiliet cibus ꝛ declinet ad calitatē ꝛ sic. ꝛ sit studiū in subducendo sāguinē ꝛ ptēperādo ipm̄. Scias. n. q nihil ē magis inimicū sensui q̃z repletio ex cibis. Itē vigilet. nā vigilia iuuat ad mundādum sanguinē ꝛ somnus nocet ista tamen debēt moderate fieri ſm tenorem virtutis ꝛ ceteroꝝ.

¶ Scd̄s ē calefactio cū hūectatōe si est a sola q̄litate q̃ moderari debēt ſm q̄litatē morbū causantē. vt si fortes cum fortioribus. Que aūt sit ista ca. sa ꝛ hu. hr̄. ē. plures de soda flatica. ca. de colica hu. Itē de soda ex melia ꝛ tu ibi.

¶ Tertius est digestio materie si est cum materia.

¶ Quart° est euo māe si est cuꝫ mā. nā euacuantia flegma a capite dicta sunt sepe. ꝛ sīlr digerentia. Item cōuenit vomitus si in stō est mā souens infra de subeth. Flotomia.


¶ Quintus est ↄfortatio cerebri cū his q̃ malā cōplexionē remouent cū dictis. ē. epithimatib° ꝛ enbrocis.

¶ Sext° ↄfortatio cordis cū diamusco dulci ꝛ ceteris. ē. de soda melica ꝛ ꝺ melia dādo ꝺ sero ꝛ ꝺ māe ꝺ hioī dosi ↄuenīēte. scito q absolutio pedū cū meliloto ꝛ camōlla ꝛ hꝫ ē maxime ↄferens in oī spē melie: vt supra de melancolia.

¶ Cōtigit ꝛ imaginatiāꝫ ledi quēadmodū ꝛ cogitatiāꝫ ablate. s. diminute ꝛ corrupte. ¶ Corruptio fit a mala ↄplone ca. ſm plīm q: supposita ē vaporib° q eleuant ab iferioribus q vt plīm sūt cali. Mala itaqꝫ ↄplo ca. cū mā vt cola ipa ꝛ absqꝫ mā pt esse factura corruptiōis imagiatie: q̃ corruptiōe ledebat. Tesil° medic°. de q̃ Gal. 3° de accītī. 3° c. q imagiabat i āgulo dom° rē tubicinatores q nō erāt. ¶ Diminutio āt fit ab hūitate ꝛ fri. q̃ si augmētet erit ablatio rē. ꝛ talis mala ↄplo mā signis suis ↄprehēdit. v. g. si hūida adest somn°. hūiditas oculoꝝ narīū lingue. etas cōplo. tpe anni respectu ꝛ hꝫ. Si sicca adest vigilia siccitas narium. lingue: oculoꝝ ꝛc. etas tpe anni: cōplo ꝛc.

¶ Cura ē ſm q ꝺ his dcꝫ ē. ꝛ. ē. ꝺ mala ↄplone fra ꝛ hu. ꝛ ca. ꝛ sic. cerebri. sit tñ canō q vētose fricatiōes ꝛ hꝫ debēt ī pte capitis anterioꝛi applicari. serua itaqꝫ canones de his.

¶ De pmixtiōe sensus ꝛ alienatiōe. Ru. xvj.



E permixtione sensus siue rationis. ꝛ ꝺ alienatione. Unde sensus permixtio siue rōnis alienatio est corruptio virtutis cogitatiue.

Causa cuius est mala complexio ca. ꝛ ſm plurimum materialis. Dicitur ſm plurimum: q: cōmuniter fit a materia melancolica adusta in qua scilicet vincit caliditas accidentalis per adustionem in ea factam: aut a flegmate putrefacto: ꝛ ex putrefactione facto acuto: aut a mā sanguinea: aut colica citrina: aut colica ru. aut a vapore calo. hec āt spm̄ alalē ↄsumūt ꝛ exiccāt: vñ nō pt eē rectū iudiciū instrm: ipmqꝫ agitāt ꝛ mouēt. ꝛ iō tales sunt quasi ↄtinue in varijs sermōibus ꝛ corruptie: vt pꝫ. Fit aūt q̃nqꝫ p ↄsēntiā: q̃nqꝫ p cōitatē: vt a stōco eius: matrice: miracb Aut vapore eleuato ab epate: aut a māu: aut a digitis: aut a pede: aut a toto: vt in febribus ꝛ hꝫ.

Signa nā q̃ ē ex melia ē cū tristitia ꝛ extimatiōe mala ꝛ aliīs signis melācolie superius positis.

¶ Si ex colera est cū lupinositate ꝛ audacia.

¶ Et si ex sanguine cum letitia risu.

¶ Si ex colera citrina cū inflāmatione caliditatis ꝛ ira ex malitia moꝝ agitatione vehementi imaginatione ignis: ꝛ sintillaꝝ: ꝛ citrinitate coloris: extensione cutis frontis: p fundatione oculorum: inflamatione capitis.

¶ Qꝫ si fuerit ex rubea eadem signa apparent magis intensa ꝛ peruersa ꝛ hꝫ. grauis ē permixtio que fit in febre: ꝛ vt plurimum fit in pestilentialibus.

¶ In facta vero a caliditate ꝛ siccitate puris non adest grauitas neqꝫ apparent signa materierum.

¶ In ea q̃ ex flegmate putrefacto facto acuto adest seueritas eleuāt supcilia sua māib° q̃si oi hora ꝛ hñt caput graue: ꝛ patiunt subeth: ꝛ plerūqꝫ estimāt se esse bestias.

¶ Qꝫ si fuerit p cōitatē ex vapore ascendēte ꝛc. cognoscit ex dispōne membri dolorosi: aut parte totius: vt in fe. Itē hñt q̃nqꝫ aliquod lucidum interuallum.

Pronostica que est cū risu ꝛ quiete saluior ea q̃ est cū ira: audacia ꝛ agitatiōe: iuxta illō Senis. Desipiētia cū risu: vt i apho. in fine ca. Ista Freica cū aliīs p̄cedētib° hꝫ ōpēdētiā necīā a Freica ꝺ melia ꝛ iō ab ea nō desistas: ꝛ p ↄplemēto ad eā semper recurras.

Cura in factuꝫ p ↄsēntiā: ꝛ a mā sequunt. s. ¶ Ordinatio diete. ¶ Digestio māe si conuenit expectatio ¶ Repētina euo si expectare nō cōuenit. ¶ Capitis ↄfortatio. ¶ Māe ꝺ dicte resolutio. ¶ Accītium correctio.

¶ Primus cōplet ordinādo dietam pportionalē humori peccanti ad bonū intellectū vt supra dcm̄ fuit. Q̄ si fuerit ex colera ꝛc. vide de soda colica. ꝛ psilr de alijs suo modo.

¶ Secundus pficitur digestiuis appropriatis mãe peccāti. de quibus supra quarto tractatu.

¶ Tertiᵒ cōsilr cōpleat. ꝙ si ibi fuerit sanguis fiat flōmia incipiendo ab ea ꝛ ab oi alia re sanguinem temperante ꝛ rectificante ꝛ infrigidante. vt supra de soda sanguinea.

¶ Quartus adimplet applicando in pncipio frigida repcussiua. vt lac. oleum violatū: rosaceū vt supra de soda colerica ꝛc. Q̄ si ex applicatione horum ifrigidan̄ium crescunt vigilie signum erit ꝙ materia terminabit. tunc relinquenda sunt ꝛ studendū est euacuationi eius cūstentibus lenibus de quibus supra sepe ꝛ specialiter de calida. ꝛ ideo in applicatione ipsoꝝ debet esse cautela. ¶ In facta autē a mala complexione tantum sufficient alterantia vt patet. ¶ In facta per communitatem seruent canones. Ordinatio diete vt supra. Euacuatio. ꝛ Digestio vt. ō. repercussio vt supra. Diuersio vt supra de soda colerica.

¶ Quintus canon complet ex horibus occurrēdo vigilijs ꝗ cōsueuerūt in hoc casu accidere: cum qbus aūt dcm̄ ē de soda colerica ꝛ rubrica de vigilia supflua. ꝛ in hoc vt dcm̄ est paulo ante oportet vti eis cū cautela vt fiat ianitio materie in loco ꝛ augmentū in vigilijs. nam opꝫ qñqꝫ ista multum frequentare ꝛ fortificare. De admistratione vero eoꝝ fortiū ꝛ narcoticoꝝ positi sunt canones allegatī locis. Et Emplastra ꝛ alia administrent post abrasionē capilloꝝ ꝛ super sinciput. ¶ Postremo aduertendum ꝙ si oia ista nō cōferūt: tūc oꝫ deuenire ad vltimū qd̄ est verberatio. debent enim vigilari. ꝛ alapis cedi vt rō ad se redeat: vt pꝫ in fine de cutibus. ꝛ tu ibi recurras propter canones.

¶ Et consilr dicendum de cauterio. qꝛ etiā cū oia non cōferunt cauteriçent in capite fm crucem aut in medio capitis fm placentinū. laudat multum in hoc casu vt radice vitis albe ꝛ in potu ꝛ in cibo vtatur. ¶ Recitat Gentilis habuisse a quodam medico ꝙ mulier quedam ex diuturna pmutione rōnis afflicta cui plurime addite sunt medicine alie ex solo vsu radicis vitis albe conualuit.

¶ De vertigine ꝛ scotomia. Rubrica. xvij.



De vertigine ꝛ scotomia. Aui. facit tm̄ mentionem de vertigine sub ea cōprehendēs scotomiā: tamē inter ipsas est dñā ꝗ pꝫ ex earum descriptionibus. ¶ Uertigo est actio corrupta vtutis imaginatiue: ꝛ habens eā imaginat res extra omnes in girum verti. Cuius causa fm plurimū est vapor subtilis motus in meatibus spiritus v sibilis. nam talis vapor suo motu spiritum visibilem mouet ꝛ cū tali motu virtus imaginatiua mouet. vnde ipsa iudicat visibilia moueri. Et dr̄ a vto ti ꝛ giro ras. vel quasi vertit egritudo. ¶ Scotomia est actio corrupta virtutis imaginatiue: ꝛ hñs eā imaginatur extra videre muscas vel corpora pua opaca. Cuius cā fm plm̄ ē huor grossus opacᵒ in meatibᵒ spūs visibilis qetus exñs. nā sua grossitie ꝛ tenebrositate imprimit in huōrē cristallinū spēs suas: que delate ad sensum cōem faciūt imaginatiuā corrupte iudicare. Et dr̄ scotomia a scotos qd̄ est visio ꝛ imos musca. Anvisio fiat in cristallina aut in cruciatione neruoꝝ obticoꝝ speculātū relinqꝫ. Un̄ visio muscarum ista ꝛc. hinc inde expersa sunt vt practico sufficiāt. tamen habent in se multas physicas rōnes: qs in presenti omitto: nec in dubijs dicā. qꝛ sūt theoricalia magis. ¶ Et dcm̄ est fm plurimū. qꝛ ēt ab alio pōt cōtingere. vt a motu ipsius spiritus facto. ppterea ꝙ homo se in girum duertit vt faciunt pueri. Aut qꝛ ex percussione aut casu spiritus visibilis mouetur quēadmodum contingit ex motu facto in aqua aquam inundare. Consimiliter a qualitate manifesta cōmunicata cerebro a stomaco famescente. vnde spiritus inordinate mouetur: aut qꝛ aspicit res in gyro motas vt sunt rote molendini: aut ēt currentes vt est aqua. aut qꝛ ab alto ad profunda respicit. vnde ex timore inducto spiritus visibilis mouetur inordinate. Fit ex alijs etiam causis vt statim de causa coniuncta.

Cause Et in summa cause eaꝝ sunt primitiue antecedētes ꝛ coniuncte. Exemplū primi. vt aer ventosus turbidus spissus. capitis percussio siue dolor aspectus rerum que in girum mouētur vt dictū est. cibi vaporosi. vt alleum cepe ꝛ huiusmodi. Potus vaporosus: vt estvum potentis. Somnus supfluᵒ. Dimissio exercitij. Repletio nimia. Tollerantia etiam famis qua cerebꝛū cōpatit sicut accidit hijs qui difficulter tollerant ieiuniū. Item coitᵒ nimius. Anime accidentia vt ira furor ꝛ hꝫ que spiritum in motu ponunt. ¶ Antecedens aūt est imaginatio aut mala cplō cerebri diuersa ponēs spūs in motu ēt sine mā aut mala complō humoralis sanguinea colerica flegmatica: aut melancolica: aut ventositas. ¶ Coniuncta est illa que immediate spūm mouet siue sit vapor siue sit mala cōplexio. ¶ Fit ꝛ scotomia ꝛ vtigo ex vapore corrupto ꝛ malo cerebro cōicato a stō matrice: quam ēt in mulieribus precipue tibi suspectam facias: ꝛ ab alijs membris inferioribus lesis. Item ꝛ a toto vtūi febribus.

Signa vertigo parua non cadit patiens: ꝛ non ē magna sed stat: oculi obtenebrantur: ꝛ quod ante oculos est videtur circulariter moueri: fit absqꝫ spasmo: ꝛ per hoc differt ab epilepsia: quoniam ipsa multum durat cadit. ꝛ sic de alijs per contrarium. fortis tamen vertigo assimilatur epilepsie.

¶ Signa eretice: ꝛ eius que fit a percussione casu ꝛ intuitu rerum circulariter motaꝝ. ꝛ hꝫ nota sunt.

¶ Signa eius que est ex vaporibus: qꝛ non est assidua non excitat cū repletione: neqꝫ sedat cū vacuitate: ꝛ accidit qñ qꝫ cū ea dolor capitis: sonitus: ꝛ tonnitus: ꝛ grauitas: ꝛ visus tenebrositas: ꝛ debilitas in gustu ꝛ odoratu.

¶ Signa ꝙ fit a frigiditate grauitas: multitudo somni: nausea: punctio spuitum ꝛ conturbatio sensuum: albedo coloris: plurimarum rumor.

¶ Q̄ si fit a colera parua grauitas: vigilie: inflāmatio: imaginatio citrinarū rerum: nasea: punctio ꝛ hꝫ. ex signis colere supra in principio operis: ꝛ tu sepe ibi.

¶ Q̄ si ex sanguine inflatio venaꝝ faciei: oculi: ꝛ caput rubea calida: grauitas capitis: somnus: lassitudo: ꝛ pulsatio timpoꝝ ꝛ venaꝝ que sunt post aures.

¶ Q̄ si fuerit ex melancolia grauitas multa: vigilie: imaginationes corrupte: capilli nigri. ꝛ similia signa de melancolia supra in pncipio operis.

¶ Signa si fuerit a cōmunitate: vt a stomacho signa mala digestio ꝛ appetitus: tremor cordis: ꝛ quandoqꝫ augetur ꝛ quandoqꝫ sedatur fm repletionem ꝛ vacuitatem: ꝛ ꝙ precessit nauseatiua satietas: dolor: iflatio stomachi ꝛc. ex nocumentis eius ꝛ declinatur nocumentum ad partem anteriorem capitis ꝛ mediam ipsius.

¶ Q̄ si fuerit ex matrice qꝛ precessit menstruorum retentio ꝛ spermatis. Item ꝛ qꝛ est apostema in ea.

¶ Q̄ si fuerit a vesica signa qꝛ pcesserunt nocumēta in ea.

¶ Q̄ si ex principio membrorum omnium: aut ex origine nutrimenti quod est epar: aut ex origine spiritus quod est cor erit eius transitus per venas ꝛ arterias ortas ab eis: aut ab illis que sunt in colle: cuius signum: qꝛ erit cū pulsatione vehementi ꝛ tensione: vt corde venarum que sunt in collo: ꝛ vt non inueniat dolorem de quo sit curandum in collo ꝛ membris eius: neqꝫ in reliquis venis. Et cum videas arterias extrinsecas extensas apud collum ꝛ alleuiatur cū manu pulsum. phibēt aut ligamētis lacertoꝝ aut

plumbo aut linis super ipsum stiptica predicta. tunc scis quod cursus est in eo. quod si non. tunc cursus est in aliis. ⁊ similiter experiri in aliis. quod si non inuenis tunc est in illis profundis.

¶ Illius vero que a malitia complexionis diuerse signa. quia sentitur in cerebro leuitas cum priuatione signorum dictorum. ⁊ sentitur iuuamentum subito ex applicatione calidorum aut fri. vt res exigit.

Pronostica cum vertigo ⁊ scotomia prolongantur signum quod est ex causa frida. ¶ Vertigo quidem frequens ⁊ proprie in decrepitis annunciat apoplexiam. ¶ Similiter vertigo eueniens successiones stuporis conitatis membri. ¶ Et soda accessio in vertigine quandoque soluit ipsam Aui. ¶ Et vertigo ⁊ scoto. quandoque fuit secundum semitam crisis. iste autem dispositiones preuie sunt ad epilepsiam. ¶ Et cum apparent siue in sene siue in iuuene est diligenter aduertendum. vt cito curetur.

Cura in facta propter causas iam dictas. quia ex reuolutione aspectu rerum ab alto ⁊c. Ordinatio diete. introductio somni quietis. Assumptio acetosorum stipticorum ⁊ bucellarum infusarum in eis. ¶ Euacuatio si videtur expedire cum his que videbuntur magis expedientia. de quibus ad plenum supra tractatu quarto: de dieta dicetur statim.

¶ Propter id autem quod dictum est de casu ⁊ percussione recurre supra de dolore capitis ex his.

In facta propter vaporem in capite existentem canones. Ordinatio diete. Secundo confortatio capitis

¶ Primus completur abstinendo ab omnibus vaporosis. vt alleum cepe vinum potens legumina ⁊ huiusmodi. vt sunt oua omnia. a nucibus. a rebus que cum nucibus condiuntur.

¶ Secundus perficitur cum rebus resoluentibus vaporem: aut cum remouentibus embrocis epithimatibus. odoribus vnguentis ⁊ huiusmodi. de quibus de soda calida ⁊ frigida hoc quoque casu multum in vltimo laudo cauterium super bregma ⁊ etiam super cornua capitis posteriora.

In facta propter materiam canones obseruentur hi. Ordinatio diete. Digestio materie. Euacuatio. prohibitio eleuationis materie a membro mandante si quod est mandans. Diuersio. Confortatio capitis.

¶ Primus completur vt dictum est abstinendo a causis inducentibus ⁊ vsu rerum euaporantium. ⁊ abstinere ab his que cerebrum ledunt. ⁊ his vti que cause opponuntur: que omnia nota sunt ex dictis hic ⁊ supra secundo tractatu ⁊ quarto.

¶ Secundus completur digerendo cum conuenientibus supra tractatu quarto.

aliud. ℞. zuccari albi. ʒ.iij. viride eris. ʒ.i. pulueriget̄ subti
lissime ⁊ bulliant in aceto. ℥.ß. vsq̄ ad spissitudinē vnguē/
ti ⁊ in eo tenta inuoluat̄ ⁊ ponatur in fistula. ¶ Gordo/
nius curat oēm fistulā. ℞. agrimonie: folioꝝ oliue. rutbe
an̄. M.i. ꝯtundant̄ ⁊ bulliāt in lib. iiij. vini albi ⁊ colet̄ ⁊ ō
hac colatura bibatur cyathus vel medius cyathus quo/
libet mane. Oportet enim ⁊ in his venire ad alia arma: a/
liter vt existimo cū morbo nō fit pax quicquid dicat Gor
donius. Aliqui dicunt ponatur in fistula: ⁊ q̄ ita oz fiē/
re tertius eius ⁊ hoc videtur rationabilius.

¶ De lachrymis ⁊ fluxu eaꝝ inordinato. Rica. xi.


Lachryma est humiditas a cerebro ad lachrymalia oculorū
p venas aut arterias intrinsecas aut extrise/
cas ꝓpulsa. cā cui⁹ extuberationis ſm plm est
debilitas retentiue aut digestiue diminute de/
coquētis vt oculi semp humidi sint humiditate aquosa.
Auic. Dicit̄ ſm plimū q̄ a lachrymali nāliter diminuto
aut accñtali vi medicinaꝝ acutaꝝ vel humoꝝ acutorū
vt in variolis aut incisiōe fcā vt in vngula nō ꝯuenienti:
aut ex intēsione febrium vel frigoris magni: aut ex casu:
percussione: accidentibus anime ꝯtingere potest.

Cause cū enī cerebrū ꝯstringit̄ humiditates subtiles
egrediunt̄ venientes ad oculos ⁊ ad nares q̄nq̄.
¶ Simil̄r cū dilatat̄ cerebrū apiunt̄ meatus vñ humidi
tates fluūt. vñ dolore ⁊ gaudio lachrymat̄ diuersimode.
In dolore rōne ꝯstrictiōis cerebri. nā ꝯstrictio nobil̄r cor/
dis q̄ ꝯtigit in dolore cōicat̄ cerebro p neruos ⁊ villos qb⁹
ꝯtinuāt̄ illa duo mēbra. vñ ⁊ cerebꝝ ꝯstrigit̄. In gaudio
vo rōne dilatatōis cordis q̄ cerebro cōicat̄: vt dictum est.
¶ Et ex eis q̄dā natiue ⁊ q̄dā accñtales: q̄rū accidētaliū
quedā sunt inseparabiles in sanitate etiā: vt que ꝯtingunt
in scissione vngule ⁊ hmōi. quedā separabiles vt sequen/
tes febres acutas: aut non acutas humorales aut effime/
ras quādoq̄. nā remota egritudine remouent̄. ¶ Itē ea/
rum quedā veniunt per venas subter craneū: quedā p ve
nas extra craneū. Ex quibus apparet distinctio earū ex
parte cause tēporis ⁊ loci. ¶ Et scito q̄ ꝑter causas dcās
adhuc alie sūt: vt odor rei acute ⁊ mordicatiue: vt vapor
eleuat⁹ a tali re: aut comestiōe sinapis ⁊c. Itē sup̄fluus po
tus: sup̄flu⁹ somn⁹. Itē superfluū exercitiū oculi circa ali/
quā rem quo oculus debilitat̄. vñ scriptorib⁹ magnis lon
gi tēporis oculi lachrymant̄. ¶ Et accīt vt in lachrymis
oculi dextri magis appareāt lachryme q̄ in sinistro: ꝓp la
titudinē viarū: vt in paralisi supra. In senibus vero oculi
lachrymant̄ ꝓpter debilitatē ꝯtentiue cerebri: ⁊ propter
humiditatē cāe intrusam ⁊ multā in cerebro multiplica/
tā propter ipsius cerebri debilitatem. Item quedā veniūt
cōmunitate stomachi vel totius: quarum curatio est mē/
bri vel totius rectificatio obſuatis his que dicent̄.

Signa demōstratiua. Si ex debilitate ꝯtētiue fiāt si/
gna: q̄ virt⁹ in alijs partib⁹ est debilis: ⁊ ma/
xime in neruis ⁊ cerebro. ¶ Qz si ex debilitate digestiue si
gnū abundātia sup̄fluitatū ex narib⁹ sputi ⁊ hmōi. ¶ Si ex
multitudine humorū in toto vel in cerebro sentitur p gra
uitatem in eis. ¶ Qz si fluxus est per venas interiores si/
gnum multiplicatio sternutationis. Si per exteriores tūc
adest dolor cutis capitis ⁊ frontis.

Pronostica natiue ⁊ que accidūt diminutiōe
lachrymali vel incisiōe ꝓfunda vt
in vngula vel humoꝝ acutoꝝ corrosiōe vt in variolis ac
cidit curā n̄ recipiūt. ¶ Lachryme inuolūtarie i. acuta si/
gnificant debilitatē ꝯtētiue ⁊ a͞pa cerebri: ⁊ incurabiles sūt.
¶ Lachryme venientes p venas intrinsecas difficile curā/
tur. Uñ Ras. si fuerit effusio intra craneū sanat̄ parū et
nō est ei curatio. Que aūt p venas exteriores facilius cu/
rant̄. de ꝓnosticis earū etiā hēs in fine capituli in apho/
ris ibi. Et multiplicat̄ cursus lachrymaꝝ hyeme. s. in fri/
gore. Aui. Utrū aūt natiue sint curabiles. dicet̄ in dubijs.

Cura canones. Prim⁹ ordinatio diete. Digestio mate
rie. Euacuatio eius. Cōfortatio capitis. ⁊ remo/
tio eius male complexionis. Diuersio ⁊ administratio me
dicinarum cōmensuratē supplicitatis.
¶ Prim⁹ ꝑficit̄ declinādo ad ꝯtrariū cāe: vt si est calida cū fri
gidis. de quibus supra in quarto tractatu ⁊ de obtalmia:

¶ Similiter compleantur secūdus tertius quart⁹ vt opus erit cū his que dicta sunt in obtalmia. ⁊ fiat flebothomia si videbitur expedire.

¶ Pro quinto etiam recurras ibi. ꝗ gdā vt Gal. xiij terapē. marie in lachrymis que per venas interiores ⁊ arterias veniunt laudat incisionem vene vel arterie per quam cōprehendimus materiā fluere ⁊ deriuari. pro qua incisione recurras ad Mesue de obtalmia. est enim cura nō mihi placens. plus autem placet cauterium vt dicetur.

¶ Complentia autem sextum. in causa calida sunt. ℞. boli armeni. ℥. ß. masticis. dragagāti. ana. ʒ. ij. puluerizentur ⁊ misceantur cum albumine oui super frontem ponat̄ ⁊ timpora. ¶ Aliud ad idem. ℞. lanam non ablutam ⁊ cōbure ⁊ cinerem eius diligenter tere: ⁊ sic cū albumine oui super frontem ⁊ timpora pone dolorem tollit ⁊ fluxū amputat. ¶ Fortiora constrictiua potest quis componere vt voluerit ex simplicibus positis supra in principio. vt patet consideranti. ¶ Que autē immediate complent sextum canonē in causa hac sunt. ℞. sief. albi sine opio descriptione Mesue. ¶ Item puluis tucie preparate cum aqua ro. ¶ Item puluis mirabo. chebulorum adustorū cum aq̄ ro. in lachrymali positus. ¶ Itē. ℞. lapidis ematitis loti tucie preparate. ana. ʒ. i. margaritarū. ʒ. ß. sief. memite. aloes. ana. ℈. i. ⁊ fiat alcohol ⁊ est Jesus. ⁊ amplissime cōmendatur. ¶ Ad idem recipe succi granatorum acetosorum decotorum vsq̄ ad medietatis consumptionē ⁊ colati lib. ß. deinde pone super ipsū sief memite. aloes. licij. croci. aā. ʒ. ij. musci: camph. ij. siue grana. xvj. reponantur in vase vitreo. vtere mane ⁊ sero. ¶ Q₂ si fuerit flegma salsum abluantur sepe oculi cum aqua calida decoctionis fumiterre rof. ⁊ sandalorum rubeorū ⁊ videbis mirabile. ¶ In causa vero frigida factis purgationibus ⁊ ceteris vt supra. ℞. tucie preparate sarcocolle nutrite. myrre. olibani. masticis storacis. calamite. ambre. ana. ℈. i. ro. sumach. sang. dra. ana. ʒ. vj. conficiantur cum mucillagine dragaganti ⁊ gūmi ara. ⁊ fiat collirū. ¶ Itē. ℞. tucie. myrre. thuris. aā. partes equales. sief memite. croci. ana. par. i. tertias. ij. ⁊ est bonum. ¶ Q₂ si materia fuerit composita compone. nam ex datis simplicibus his ⁊ compositis potest curiosus medicus per se multa componere: sed semper cōsulo vt experta sectemur. ¶ Postremo notandum ꝙ in hac cura vt dictum est procedunt quidam cum incisione arteriarum ⁊ venarum. sed magis laudo vt fiat cauterium super bregma ⁊ est locus ad quem venit digitus medius cū ponitur extremitas manus super extremitatem nasi vsq̄ ad os: ⁊ dimittatur apertum vsq̄ ad. xl. dies ⁊ bis in die mundificetur sanies. Item etiam laudo sectionem ⁊ applicationes ventosarum retro. Sed hic aduerte ꝙ licet in hoc sint iuuatiue. nocent tamen vehementer memorie quarta primi. capitulo de ventosis. Unde princeps. Uentose que nuce superponuntur obliuionem hereditare faciūt veraciter sicut quidam dixerunt.

¶ De passionibus cornee. ⁊ p̄ de vesica cornee. Rub. xij.

Uesica cornee. Est pustula aquosa ī ea existens. cui⁹ aquositas claudit̄ inter duas tunicas eius ex quattuor superius nominatis constituentibus ipsam. ⁊ profundior est deterior ⁊ que est acuta corrosiua est mala. ⁊ que opponitur foramini nocet visui. Auicē. ⁊ proprie quādo est corrosiua vlceratiua.

Cura canones saltem vniuersales ex parte diete euonū ⁊ diuersionū sumant̄ vt dictū est sepe sm̄ ꝙ cōuenit ex parte humoris peccantis. Ex parte aūt localiū applicandorum curentur si sint parue cū medicinis exiccatiuis. ℞. tucie preparate vt infra. climie lote. antimonij abluti. scorie ablute. ana. ℈. i. opij gra. v. conficiantur cum mucillagine fenugreci ⁊ administrent̄. ¶ Ad idem recipe trociscorum de stella torrefactoꝝ. ʒ. ß. tucie. ʒ. i. climie. antimonij. lauatoꝝ. aā. ʒ. ij. scorie eris ablute. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. terātur cum aqua pluuiali. fiant colliria. Tucia sic preparat̄. Ignatur decies ⁊ quinquies extinguatur in vrina pueri. ⁊ quinquies in aqua ro. postea puluerizet̄: ⁊ deinde fiat exp̄ssio succi ⁊ exiccetur tucia. Si autem ad magnitudinem puenerint tunc opꝫ vt ferro curentur.

¶ De exituris ⁊ vlceribus cornee. Rubrica. xiij.

Exitura cornee est vlcus factum in ptibus eius cuius cā sm̄ plurimū est humor adustus acut⁹. Et dr̄ sm̄ plm. q₂ a percussione casu ⁊ apate etiam contingere pt. fiūt successiōe obtalmie ⁊ successione bothor vt plurimum. ¶ Cuius septem ponunt̄ spēs. quattuor i superficie. ⁊ tres profunde. ¶ Prima est vlcus simile fumo existens sup̄ nigrū oculi ⁊ expansa occupās magnū locū. Et nominat̄ catenica. ¶ Scđa est ꝓfundior albior minoris quātitatis. Et dicit̄ nubes. ¶ Tertia est super coronā nigredinis que aliquando occupat de albo cōiunctiue aliquid ⁊ quod est super pupillam videtur album. ⁊ quod ē super coniunctiuam rubeum ⁊ nuncupatur coronalis.
¶ Quarta est super pupillā appens ac si pauca lana esset ibi. Et dicit̄ adustiua ⁊ etiam lanosa. ¶ Quinta est ꝓfundior his: ⁊ noiat̄ anulū est stricta. ¶ Sexta ⁊ est minus ꝓfunda ⁊ latior qnta: ⁊ vocat̄ sulmuc. ¶ Septima est vlc⁹ sordidū habēs crustas: ⁊ noiat̄ assicmic: ⁊ frequenter corrūpit̄ cū ea oculus. ¶ Ubi notandū ꝙ vlcera ꝯiūctiue sūt rubea ⁊ cornee alba propter ipsorum corpora. Itē multi credunt videntes albedinē in cornea ꝙ ibi sit macula: ⁊ ibi certe est cicatrix: ⁊ tunc laborāt cum ꝯsumptiuis macule ⁊ oculū cōsumunt. ¶ Itē aduertendū ꝙ magna cura ē adhibēda i istis ex. tunc ⁊ sollicitudo. nā cū malignāt̄ faciūt disruptionem magnā: ⁊ exitū a vulnere: ⁊ in fine ꝑdit̄ oculus. ⁊ ideo dicebat Ras̄ nono Alman. de vulneribus oculorum. Ad hanc vero passionē curandam necessarius est medicus in curis oculorum valde instructus. ⁊ subiungit Ulcera in coniunctiua non adeo sunt timenda: vt que in cornea: ⁊ precipue que sunt sub pupilla. Hec enim sunt deteriora. diligenterq̄ꝫ considerandum ꝙ albedo que est ex cicatrice cornee est indelebilis.

In cura seruiantur canones hi. Primus ꝙ si cū vlceribus oculorū fuerit obtalmia aut reuma notabile aut dolor capitis: quod prius ista sedent̄. nam ea fouent: vt supra de obtalmia. Unde Auicen. de cura exiturarum oculi. Et si fuerit hic obtalmia curet̄ prius cū euacuatione predicta in capitulo suo.

¶ Secundus ꝙ discurratur hoc capitulum de obtalmia. nam curatio vlcerum conuenit cum intensioribus curationibus obtalmie: vt patet. ⁊ ideo omnia seruientur ex parte regiminis diete digestionis ⁊ euacuationis humoris cū farmacia ⁊ flobothomia de diuersionibus: vt ibi. ¶ Notandum ꝙ medicus super omnia debet attendere ad euacuationes humorū ne multiplicent̄ superfluitates: ⁊ vt superflue educant̄: ⁊ ideo dicebat Auicen. in hoc capitulo. Confert assiduatio solutionis ventris omnibus quattuor dict⁹ cum eo quod educit superfluitatem acutam subtilem ex ꝯcoctionibus ⁊ insufficientibus.

Cura in facta casu ꝑcussione ⁊c. fiat flōmia aut ventosatio: superponat̄ albumē oui cōquassati cū aq̄ ro. super frontem ⁊ oculos. Cōstrictiuum ꝓhibēs fluxum humorum: vt. ℞. vini granatorum. ℥. ij. aque ro. lib. ß. boli ar. ℥. i. Et si vis fortius adde acatiā ⁊ hmōi. de quibus supͣ in principio capituli puluerizentur ⁊ bulliant. deinde infundantur pecie: ⁊ infuse superponantur donec securi erimus de prohibitione ampliationis vlceris oculi. postea vero

procedamus cum exiccatiuis non multe mordicatiōis ne fiat saniei generatio. est enim sanies in oculo semper mala et suspecta. Mesue in hoc capitulo. Et cum generantibus carnem siue consolidantibus vt est sief album supra de obtalmia et que infra dicentur.

Cura in factis ab humoribus acutis adustiuis. Canones. ordinatio diete. digestio humorum. euacuatio cum farmacia et flebothomia. diuersio cum vētosis. administratio medicamintū circa vuln⁹. Delere vestigiū qd ex vulnere remansit. Corrigere accitia si q̄ remanent.

¶ Primi complementum patet ex dictis. quibus addo q infirmus supinus et altus cum capite iacere debet et super partem contrariam lese se voluere. non clamare et forti motu et ab omni tali re abstinere q̄ oculus ledi possit ex agitatione spirituum et humorum.

¶ Secundi perfectio pz. ¶ Tertius adimpleat cū iteratiōnibus leuib⁹ vt supra. Itē cū flebothomia et pcipue in pncipio ex cephalica: modera tñ canonē vt supra d obtalmia et ex ista pparte fiet etiā et diuersio de q̄ habet ad plenū. ā. et pcipue de soda: et tu ibi. et sic cōplet quartus.

¶ Quintus cū medicinis cōpletur si pustula non est apta cum his que aperiunt vt sunt aque fenugreci aut melliloti. festinante aūt vt supra Jesus aperiant. Deinde procedatur cum mundificatiuis et abstersiuis. et in hoc pre ceteris laudatur distillatio sirupi ro. a rabi moysi. xxij. parte libri sui. ¶ Post vero mundificationem vtātur sief albo cum opio cum lacte mulieris et albumine oui administret sm plm medicina exiccatiua nō multe mordicationis. ¶ Et si dolor non sedetur fenugreci coctum. cum ro. in vino stiptico aut aq̄ ro. super oculum ponatur siue cataplasmet. Ubi est notandū q si dolor et pulsatio oculi sedabit ex appositis dictis sperandū est saniez non debere generari. Si vero non: expectāda est sanies. Cū vero sedabit dolor procedat cū sief albo vt dictū est. deinde perueniam⁹ ad sief. d thure vsqz ad sief de plumbo Rasis nono Almansorio. et eo casu vtitur Mesue. sief tantū de plūbo et sief. Auicē. ab eo vocatū liberius. Et aliud hoc fortius. Ista enim consolidant. ¶ Si vero non sedabit dolor imo augmentabit: tunc extimandū est saniem fieri iuxta illō scda affo. circa generationē. et est signū perditionis vel incurabilitatis. tūc ligandus est oculus et superponend⁹ est plumaceolus qui leuiter oculū cōprimat vt sanies egrediat et mundificand⁹ est cum idromelle et radio in eo intincto aut sirupo ros. vt supra. Aut idromelle facto ex melle rosato colato et aqua deinde procedendū est cū consolidātibus vt est sief de thure ro. aut plumbo. ¶ Et si pustula est ita magna vt dubitaretur de exitu vuee aut de eius corrosione tunc vtantur sief. elisir Ras. aut sief liberiis Auicen. et alterius qd sequitur eiusdē. Et plurima talia vel cōsilia habent in Mesue.

¶ Sext⁹ perficit cū his q̄ dicent de albugine oculoꝝ.

¶ Accidentia vero corrigi habent. huic tamen ex diuersis causis sm q diuersa consurgunt.

¶ De exitu vuee et rupturis cornee. Rubrica. xiiij.



Qde curentur vt dictū ē de vlcerib⁹ ex parte dicte euānorum diuersionum et ceteroꝝ vt cum abstersiuis et exiccatiuis. ¶ Et si vuea egreditur aut apparet et timetur eius exit⁹ fiat ipositio sief de ematites cum albumine oui super cote fricato et est mirabile quod est. Recipe lapidis ematitis. ʒ. iiij. cerusse. climie. ana. ʒ. ij. eris vsti amidi. gummi arabi. dragaganti opij. ana. ʒ. i. fiat sief cum succo foliorum oliue. Ad hoc etiam valet sief. elisir Rasis memoratum in precedenti rubrica. ¶ Fiat ligatio cum strictura compimente aliquali q si vena egressa fuerit cum ligatura cōprimēte et sief dictis curet et maxime si fuerit recens. q si fuerit ex longo tempore vt anni vnius vel plurium non recipit curam. Itē si fuerit indurata et alba curaz non recipit. et sic non approximes ei. Quidam tamen student eminentiam eius cum filo serico remouere ligando et se vergendo et postea procedunt cum his que vestigia oculorum aut cicatricis remouent. de quibus infra de albugine oculorum.

¶ De albugine oculorum in cornea siue nebula et cicatrice. Rubrica. xv.



Qde albugo siue nebula est albedo apparēs in oculo et precipue in cornea siue concauatione aut eius notabili eleuatiōe. Causa cinius est humiditas flegmatica in cornea imbibita. Visum eius plurimum obtenebrans. Et dicit siue cōcauatione ad differentiā vlcerū in cornea existentiū: q̄ vt dictū est: apparet alba vel cum q̄dam albedine. Dr aūt eius ad differentiam bothor albo rum. Dicitur cinius causa ad differentiam albedinis que ē in cicatrice vt dicetur. nam post consolidationem vlcerum cornee remanet cicatrix alba. et causa dicetur. Dicitur vt plurimum visum. quia aliquando est in circuitu cornee: et tunc paꝝ nocet. sed vtplurimū accidit ante pupillaz et tūc phibet transitū aeris ad cristallinā cum quo deferuntur species visibiles. ¶ Ubi notandū q Ras ei vocat maculam quā Jesus vocat bothor: et est genus ad vestigiū cicatricem pūctū albū albulā: albuginē: nebula: pānum: tela: peciā. Aui. vero nebulā siue albuginē scripsit. Notandum q earum quedam sunt subtiles in superficie cornee existentes: et tales vocant nebula. quedā grosse penetrātes vsqz pmum ac secundū corticē cornee: et tunc dicit albugo: et hāc distinctionem intellexit Aui. in principio capituli. Itē addat q eaꝝ quedā est recēs: quedam multi tpis. Itē quedā in puero: quedā in sene: quedam in iuuene.

¶ Iuxta que ponuntur cōclusiones pronostice. ¶ Prima superficialis recens in puero faciliter curatur. ¶ Secunda grossa vero recens in puero difficilius q̄ recens superficialis in eo: sed absolute talis faciliter est curabilis. patent he conclusiones: quoniaz in pueris virtus est fortis humores sunt subtiles resolutioni satis parati: et membrum passibile: quia oculus rarus est quo ad tunicas et humores. ¶ Tertia conclusio. Superficialis recens in senibus satis difficulter curatur. patet conclusio pter causas ꝯtrarias his que de pueris dicte sunt. ¶ Quarta conclusio. grossa et recens in senibus valde difficulter curatur. patet conclusio pter causas contrarias eis que dicte sunt de pueris. ¶ Quinta. q superficialis et grossa multi temporis in senibus nunquam vel rarissime curatur: et maxime cū difficultate vna vel tantum altera difficilioris est cure. patet cōclusio intelligenti quo ad ambas eius partes. ¶ Sexta cōclusio. in iuuenibus he dispositiones q̄tuz ad earum curā medio modo se habent inter dispositiones senum et puerorum. naz qualis est habitudo etatis ad etates sic ad dispositiones dispositionum suarum.

Cause. Ex causis primitiuis sunt aer calidus et humidus caput replens. Uentus austrinus: aer frigidus constringens: et humores ad oculos emittēs. Casus pcussio: coitus: frigida: q: visus coꝝ. Cibi et potus flegmatici. Exercitiū post repletionem: post getē. Repletio ciboꝝ et maxime vaporosoꝝ: vt cepe: allcorum et hꝫ. Supfluus coitus et imoderatus. animi accidētia mala: ira tristitia et hꝫ. ¶ Antecedēs cōplonalis mala cōplo frigida et humecta cerebri vel totius debilitans virtutem: quare supflua nō ꝯsumit: sed ad oculos mittit compositiōalis magnitudo oculoꝝ et viaꝝ amplitudo quibus humores facile descēdunt. Humoralis vero flegma in toto vel cerebro exñs ad oculos descendens. ¶ Cōiuncta flegma viscosum in substātia cornee ibibitū vt supra. vel debilitas nutritiue non potētis

viuificare nutrimentum aut superfluum resoluere.

Signa demonstratiua pro parte nota sunt ex descriptione posita. Attamen si fuerit ex flegmate ipso valde alba erit. Qz si fuerit ex flegmate coniuncto alteri humori albedo declinabit ad latus ipsius humoris cõmixti quo ad colorem.

Pronostica oculorum magnitudo ipsorum rara compositio Diafonitas. Freqñs scotomia. Uertigo post crapulaz. Dolor capitis τ eius grauitas. hec futuram albuginem pronunciant. ℭ Et iuxta hec ponuntur conclusiones pnostice ser pcedentes.

Cura Canões. Ordinatio diete. Digestio. Euacuatio. Diuersio. Medicaminum particularium applicatio. Et propter rubricam cicatricum palliatio.

Seruentur itaqz ex parte diete τ ceterorum triũ canonum que dicta sunt supra de soda flegmatica. Cũ sirupis. Flebothomia. Farmacia. Gargarismatibus. τ aliis diuersionibus vt ibi. Jesus autẽ non multum curauit de diuersionibus in maculis oculorum: immo dixit qz in ea purgatione non est necessitas nisi oculus calefieret vt contingit in maculis venarum. quarum materia a cerebro descendit. Securius τ magis canonice dico facere precedere vniuersalia.

ℭ In ea que est recens τ subtilis vt etate tenera. Primus est euaporatio assidua eius. Secundus abstersio τ consumptio leuis. ℭ Primus completur cũz euaporatione aque calide decoctionis meliloti vsqz ad faciẽ ruborem. debet enim hoc semper preponi ante immensionem abstersiui τ assiduari sicut τ ipsum abstersiuum. ℭ Secundus perficitur cum lingua vt faciunt mulieres. qz si fortius cupis fac mulierem ac virum hoc facientes masticare. feniculuz aut ruthbam τ valebit in grossa in pueris τ iuuenibus.

ℭ Aliud iniiciatur lac mulieris sepe. deinde ponatur puluis ossis sepie. τ nota qz iste puluis neqz alius debz diu stare in oculo vt dictum est supra. ℭ Aliud τ expertum. ℞. succi papaueris rubei. succi centauree minoris. τ facta residentia misceantur cum melle. ℭ Aliud τ fortius. ℞. ossis sepie. ʒ.i.ß. salis armoniaci. cerusẽ. ana. ʒ.i. amoniaci. ℈.ij. expertum τ est Alexandri. ℭ Aliud τ est quibusdam secretum impleatur vas vitreum floribus rorismarini τ tempore magni estus ponatur ad solem. in quo dimittatur. xl. diebus τ liquor qui tunc inuenietur est res mirabilis τ iam de hoc habitum est experimentum. ℭ Aliud. ℞. stercus lacerte sarcocolle zuccari crudi. ana. puluerizentur τ fiat alcohol. Ex his potest intelligens eligere conuenientia in grossa τ multi temporis in etate tenera τ tu considera. In grossa τ superficiali recẽti aut multi temporis in etate fenili seruentur consimiles. sed adhibendo fortiora. Unde semper habeatur menti qz continuetur euaporatio: vt patet: τ mollificatio oculi cum lacte mulieris vel mucillagine fenugreci aut decoctione aque malue. sic enim oculus maxime bene disponitur. deinde ponantur alcohol collirla. Non ergo ponatur aliquid in oculo nisi precedente mollificatiuo. ℭ Et vt seruiam simul pluribus canonibus procedam de antidoto forti continue ad fortius. ℞. stercoris hyrundinum puluerizati. ℈.i. incorporetur cum fauo mellis quantum sufficit: τ deinde distemperentur cum aqua eufragie τ instilletur. Et inquit Auicen. secundo canone. Stercus hyrundinum mirabile est in hoc τ iam expertus sum ipsum. τ nota Auicen. practicasse quod a multis non creditur. ℭ Aliud. ℞. ossis sepie. ʒ.i. ʒʒ. ʒ.ß. piperis. ℈.i. fiat pul'uis secundum artem τ ponatur in oculum: deinde clauso oculo cum digito super palpebram egri posito fricetur leniter oculus. ℭ Aliud τ est Rasis. cui vt dicit nullũ aliud in bonitate comparatur in remouendo albuginem. τ idem magnifice commendat Mesue. dicens. Confectio medicaminis sublimis ad albuginem remouendam cito. ℞. massacumie τ est aq̃ vitri. stercoris magni lacerti. spume maris. baurach. zuccari tabarzet. aã. partes equales: deinde. ℞. radicum celidonie. acori. feni. ana. ℥.i. coquant in lib.i. aque ad consumptionem duarũ partium: deinde puluis earum reruz in hac aqua submergat ita vt ex ea imbibant: deinde exiccetur τ fiat alcohol. ℭ Aliud. ℞. floris eris. ʒ.i. tucie. ʒ.ij. vitreoli romani. ʒ.ß. spume maris. celidonie. ruthe. rosarum ru. acori. ana. ʒ.xij. illa quatuor celidonia. rutha. rose. ru. acori pistentur τ bulliant in lib.i. vini albi agrestis tam diu qz medietas sit consumpta τ colentur. τ cum illa colatura nutriatur puluis aliarum reruz τ exiccetur in vmbra τ post exiccationem teratur τ cribretur cũ pecia. τ ponatur super albumen: remouet sine angustia τ labore. ℭ Quid autem agendum sit in his que medio modo se habent patet. Et sic completur quintus canon quantum ad ea que physico pertinent. Nam quidam operant cũ rasorio τ alio simili instrumento radendo suauiter: deinde applicando remedia dicta. sed expertissimis in arte hoc relinquo.

Cicatrices vero possunt palliari sed non remoueri. τ similiter macule antique. τ in pro uectis τ que iam corruperunt substantiam cornee non curantur. Causa est. nam cornea est membrum spermaticũ τ corruptum tale non generatur homogenee. sed etherogenee. Uidi plies τ pluries cicatrices in mẽbris aliis ñ dico tantum remoueri sed palliari non posse in quibus etiã peritissimi viri suam diligentiam posuere: quare de ipsarum palliatione in oculis tanqz de re non multum possibili aut facili supsedeo. Si prius inscripsero medicamen in hoc casu conuenientissimum: τ fuit ex secretis gentilis. ℞. aque mellis facte ad alembicum: τ ista aqua vtatur eger continue pluries τ pluries de ea in die distillãdo in oculo faciendo prius euaporizationem vt supra. postea aqua ros. vtatur feniculi. ana. ʒ.i. antimonij puluerizati. ʒ.i. τ distilletur totum per filtrum in oculo ponatur. ℭ Et valet in hoc casu alchitram: aloes: fel capre cum vino: celidonia: fimus columbi cum aceto: colirium indum: col. citrinum. Auicenna. i. hoc tractatu secũdo. sexto capitulo. fel ericij: fex vini cum tucia: limacis combuste cum carnibus suis trite: vt alcohol: pumex vsta τ lota: aqua raphani: cinis sepie cum melle. Causam autem quare cicatrices cornee albe apparent reddit Conciliator in problematib⁹ per ipsum trãslatis Alexandri pbleumate. xx. Querit Alexander propter quid vlcera facta in pupilla oculi τ destructa apparent alba. q̃ vero extra pupillam in ingredine non. Ad hoc respondet Conciliator aio. quia per pupillam solum egreditur spiritus visibilis preclarissimus existens: τ lumi nosus. in dealbationibus ergo cicatricis cum densitate pororum carnisformis tunice non amplius spiritus visibilis digeritur: τ ideo coadunatur multitudine illustrans cicatricem albam hanc demonstrat. propter aũt non exire densitatis spiritum visus non videt.

ℭ De sanie post corneam. Rubrica. xvj.



Cum sanies collecta fuerit post corneam quoquo modo habita semper aduertentia ad vniuersalia medicetur cũ medicamine posito a iesu capitulo de dubelati. ℞. cerusẽ. ʒ.viij. opij. sarcocolle int trite. ana. ʒ.i. dragaganti. gũmi ara. ana. ʒ.iiij. thuris. ʒ.i. τ fm haben. Mesue. armoniaci. croci. ana. ℈.i. fiant sief cũ mucilagie fenugreci. Et si cũ isto nõ curaret recurrat ad consumptiua diaforetica supra de obtalmia frigida: τ similiter confert que valent in consumptione aque de gb⁹ infra: vt oppoponacũ: euforbiũ. Balsamus tñ in hoc casu est mirabilis. Tu tñ sis sollicitus in stuphis τ euaporatio.

nibus. nam maxime in hoc casu conferunt. ¶ Et si p hūc modū curari nō poterit consulit Jesus et alcoatim q̄ scindatur locus cū spatumine paruo super corneā inter pupillam et album et extrahaf v. rus relinquo artificibus.

¶ De passionibus vuee dilatatione pupille vel constrictione eius. Rubrica. xvij.



Quid sit vuea dictū ē prius in pncipio capituli. et consimilit quid de pupilla. accidit enim vt vuea egrediatur facta apertura in cornea de qua dictum est de eruptura et ruptura cornee. ¶ Pupille autem cōtingunt due dispositiōes de quibus auctores specialiter loquuntur. Et est eius prima dilatatio vuee que ab auctoribus nominatur aluiasar. Que sic describitur ab Auicen. proprio capitulo est vt fiat foramē vuee latius q̄ est in natura. Causa cuius fm plurimum est humiditas flegmatica aquosa replens ac relaxans vueaz. et hic liquor de facta e causa primitiua vt est illa que fit casu aut pcussione quā plures vidi. Dicitur cuius causa: quoniam aliquando accidit ab apostemate extendente eam ex humectatione humoris albuginei. Nam cum humectatur albugineus multiplicitet comprimens vueam mouet ad dilatationē Auicen. quandoqz fit a siccitate albuginei vt eleuatione vaporum calidorum exiccantium: aut aliter quomodolibet a siccitate ipsa: et tūc corrugatur vuea et mouetur versus circunferentiam. sicqz dilatatur oculus. ¶ Et reperitur dilatatio pupille naturalis. et tunc oculus aut non videt aut videt: et iudicat minores: et tali nō est cura adhibēda. ¶ Cō similiter nō se intromittat oculista de ea que facta est a casu vel percussione: et precipue si fuerit magna. Undē Auicen. et que est ex percussione aut casu non habet curam. ¶ Idem dicendum est de ea que fit successione vehementis doloris capitis vbi ex vapor ib' acutis exiccata fit vuea. et hoc voluit Rasis in nono Almāsoris. capitulo proprio dum dixit. Fumiqz post vehementem cephalee dolorem parua habenda est fiducia in cura eius. ¶ Itez confirmata non habent curam. Mesue.

Signa demonstratiua eius que est ex hūiditate quoniam pupilla videtur dilatata et fluunt humiditates per nares oculum et palatuz. Et similiter apparēt signa humiditatis in capite oculis fronte et huiusmodi. et q̄ subito quasi accidit et non paulatim. ¶ Et nota q̄ in ea que sic fit ab humiditate statim dubitandum est de pupilla alterius oculi ne etiam ab eadem humiditate dilatef aut alteretur. et potest esse signum hoc ne dum demonstratum vt vidi. sed et sapere naturā pronostici: propter quod Auicen. Et fiat alcohol alteri cum tucia aut non dilatef sicut primus.

¶ Eius vero que est a siccitate sunt arefactio oculorum et frontis et q̄ humiditates nō apparent neqz fluunt ab oculis neqz a naribus neqz a palato: Et q̄ paulatim fit nō subito: aut q̄ egritudo precessit que fuit causa eius.

¶ Et si fuerit ex percussione casu et huiusmodi scitur narratione infirmi aut astantium.

De signis pronosticis nihil aliud i presenti q̄ dictum est ante et q̄ in asso. habef in fine capituli. ¶ Utrum que est ex percussione sit curabilis dicef in dubijs. Et qd̄ dictum est de dilatatione aptef etiam constrictioni q̄ facile intelligatur. et ita de signis ipsorum aliquid dicetur in rubrica de dilatatione visus.

Cura in facta ab humiditate canones. ordinatio diete. digō materie. euacuatio eiusdem. diuersio. resolutio. et consumptio materie humide pupillam dilatantis.

¶ Primus cōpletur cum tolerantia famis et regimine exiccatiuo vt supra de soda flegmatica.

¶ Secundus cum digestiuis vt ibi.

¶ Tertius cum euacuatione iterata cum interpolatione non frequenti: immo quandoqz sufficit euacuatio omnibus decem diebus. Auicen. et tu pro ea recurres ad dicta de soda flegmatica. et si opus fuerit flobothomare fac ex cephalica cum obseruatione ceterorum. vt supra de soda et si exigit dispositio fac flebothomiam ex venis lachrymalis et venis timporis.

¶ Quartus adimpletur cum diuersionibus appositione ventosarum super collum et spatulas. apertione emorroydarum. scarificatione aurium.

¶ Ultimus vero cum his. Recipe fellis hirci aut edi aut testudinis exiccetur et fiat alcohol. deinde Recipe parum salis armoniaci et cum succo feni. fiat collirium. ¶ Aliud Recipe pulueris capitum hyrundinis adustorum et cum melle et succo celidonie fiat collirium expertum ē. ¶ Ad idem valet fief de fellibus Rasis nono Almanso. de cataracta. et que valent in ea passione valent et in ista. ¶ Ad idem. Recipe tucie croci. myrre. ana. 3. i. cum succo feniculi vel maiorane vel ruthe fac collirium. et hec eadem in multiplicatione siue augmentatione accidentali humoris albuginei administrari debent.

In cura facte ex siccitate intentio principalis et omnimoda sit humectatio. Et pro regimine ex parte sex rerum non naturalium recurras ad ea que dicta sunt capitulo de melancolia. Scito tamen q̄ hec difficulter curaf. Mesue. ¶ Ad intra oculum ponatur et frequētef impositio rerum humectantium: vt lactis mulieris: asine: vel capre: et frequenter fomētentur oculi ex decoctione et aqua violarum. Item succus solatri: semperuiue cum albumine oui conquassatis: supra oculum ponatur: et plura vtilia infra de debilitate visus dicentur.

In cura facte ex dolore dicendum q̄ cū sit accidens remoto dolore remouebitur.

Cura si fuerit ex apate curetur apostema cū flobothomia in pncipio ventosis. deinde apponanf repercussiua in pncipio fronti: et super oculū defendentia ex bolo ar. sanguine draco. albumine ouorum: et ad intra lac muliebre. deinde procedatur cum distillatione sanguinis columbe et aliis confortantibus et resoluentibus materiā que fluxit factis purgationibus: vt supra.

Cura facte a casu et percussione de qua in dubijs p̄missa regimine ex parte diete in qua se debet a vino in toto abstinere: et euacuatione per flobothomiam diuersione cum ventosis: vt supra. Canones hi duo seruentur.

¶ Primus administratio repercussiuorum infrigidantium et prohibentium effusionē materie et hoc post flōmiā factaz ex cephalica partis contrarie. ¶ Secundus est administratio. primo medicaminum resolutiuorum mediocrium. secundo fortiorum.

¶ Primus completur. Re. succum solatri aut semperuiue: misceantur cum albumine oui: et aqua rosarum: et si vis addere modicum boliar. et super oculum ponaf. ¶ Aliud. Re. farinam ordei: fabe excorticate: et lentis excorticate: terantur terenda: et cum aqua endiuie: succo solatri: et albumine oui: fiat emplastrum. ¶ Item ad intra oculum ponatur sief album in de obtalmia.

¶ Secundus completur lana infusa in vitello oui: et oleo ro. superponaf. deinde transeundum ad sanguinem turturis aut columbi. ¶ Item fiat emplastrū ex ruta cum expressiōe granatorū. ¶ Itē. Re. aloe. 3. i. tucie. 3. i. s. ponantur in peciola. deinde dicta peciola infundatur in aqua rute: et dimittatur horis. vi. deinde fiat expressio: et ex illa aqua ponatur. 3. i. s. vel quattuor gutte in oculo in die pluries.

¶ Postremo veniendū est ad colliria fortia de fellib'. et ad alia memorata. ¶ Quidā in h capitulo recordati sūt de cau

terio fiendo in quendā gradū diminuendo apertū vt supra. xl. diebus vt cum operationibus currant.



Ecunda dispositio pupille est constrictio. Et ē vt sit foramē vuee strictius q̄ cōsuetū sit. Cuius cā fm plurimū est siccitas. nā ex siccitate corrugat̄ ꝛ stringit̄ foramē. Dicit̄ cuius causa. qꝛ etiā ab humiditate extendendo vueam a lateribus ad mediū constringit̄ foramen Aui. ℂ Item siccitas albuginei est huius causa quoniam cū exiccat̄ vel minorat̄ albugineus tunica sequitur ipm ꝛ minorat̄. ℂ Itē credo q̄ humectationes recipit vuea ab albugineo ad cuius hūiditatis cōsūptionē sequit̄ minoratio vuee ꝛ ex cōsequenti foraminis eius. Sed quō siccitas faciat dilatationē ꝛ constrictionem simul dicet̄ in dubijs. ℂ Et ex ipsa q̄daȝ est nālis q̄dam accītalis. Que autē nālis est non hȝ curam ꝛ facit videre res maiores esse q̄ sunt. Accītalis vero que est ex siccitate qua oculus est minoratus fortasse non recipit curā. ꝛ si sit. cura eius maximo cum labore ꝛ studio longo Ras. Mesue. ꝛ modernī plures cum posuerunt curam ꝛ capitulum de dilatatione nihil inde de cōstrictione mentionem fecerunt: qō arbitror ab eis sic actū q̄m ex cura dilatationis habet̄ faciliter cōstrictionis cura. Ego tū sequens Aui. quem mihi ducem constanti aio feci ponam eius curam exemplarē ꝛ eos addendo canones in eius cura quos vtiles noui.

Cura canones. Pro diete ordinatione recurrat̄ ad ea que dicta sunt supra in capitulo de melancolia aut de soda fm q̄ exigit dispō qō consideranti ꝑ nunc relinquo. Consimiliter ex pte digestionis si necessaria fuerit. Euacuationis diuersionis. ℂ Alius canon est humectatio capitis cum embrocis vt supra de soda ex melancolia. itē capitpurgia humectantia fiant ex succis herbarum vt ibi. ℂ Alius q̄ in administratione medicaminum ad oculos abstineamus a calidis ne fiat attractio humiditatum ad oculum. ℂ Alius q̄ ēt pura humectatiua nocēt. cum eis ergo ponant̄ q̄ oculū cōfortant. ꝛ hīt hec oia locum in facta ex siccitate. nā aliter agendum est in ea q̄ est ex humiditate vt dicet̄. Et ex iuuantibus est infusio spongie in aq̄ calida decoctionis melliloti ꝛ oculo sepe reiteratur. Itē si ponuntur viole etiam conferunt. Et hec que dicta sunt de dilatatione ex causa sicca hic valent.

Cura si fuerit cōstrictio ex humiditate fiant euacuationes. seruentur diete. fiāt diuersiones vt in ō soda ex flegmate: deinde administrentur que posita sunt ex collirijs positis infra de debilitate visus ꝛ de cataracta. vt supra in hoc capitulo memorata vt est fiel de fellib⁹. ℂ Itē valet. ℞. amoniaci aur. ij. floris eris aur. iiij. stercoris. aur. ij. croci. gummi ar. ana. aur. i. cōficiant̄ cum melle. ℂ Itē aliud. ℞. piperis amoniaci. ana. par. ij. olibani par. i. croci par. i. resoluatur amoniacum in aqua feniculi. ꝛ proijciatur super ipsum oleum balsami ꝛ conficiatur cum melle ꝛ est valde bonum. Constrictio pupille plus vituperatur q̄ dilatatio ꝛ tamen oculus paruus plus commendatur q̄ magnus considera.

ℂ De dispositione oculi quo ad totum eius. ꝛ primo de exitu. Rubrica. xviij.



Xitus oculi est eius egressio ab orbita vltra terminos qui ex natura ei conueniunt. Causa cuius fm plurimū est oculi repletio que est in eo ex se aut ex cerebro sibi per neruos cōmunicata vel ab alio membro vt retentione menstruorum. Dicit̄ scdm plurimū. qꝛ a ventositate vomitu coartatione gule vel partium eius vt in suffocatiōe. clamore magno. translatione. emissione fetus difficili. Item a materia declinante ad oculum quando partus nō est mūdus. aut q̄n fetus est corruptus aut mortuus. Aut lacertorum sustentantium oculum relaxatiōe. Capitis dolore cōtingere potest. ℂ Notandum q̄ exitus oculi quandoq̄ ē facilis quandoq̄ magnus ꝛ fortis.

Signa demonstratiua quando est ex clamore vomitu. coartatione ꝛ huiusmodi sunt manifesta. Q̄ si fuerit ex materia aggregata in pupilla est illic oculorum magnitudo. ℂ Q̄ si ex alio membro vt humiditate cerebri cōmunicata aderunt signa manifestantia illaȝ humiditatem ex signis habitis de cerebro supra. Itē cōsimiliter si dolore capitis. Tu itaq̄ mēbrorū cōmucantium dispositiones bene considera.

Cura canones in facili ordinatio diete quo ad cibi minorationem: ꝛ vt tendat ad siccum quiescat dormiat supinus. ℂ Secūdus clausio assidua oculi. ℂ Tertius ligatio cum insita cum pila seu plumaceolo. ꝛ in hac ligatione oportet vt sit processus de debili ad fortem q̄usq̄ reductus fuerit oculus. Q̄ si videbitur purgationem esse necessariam illam ex dictis collige.

Cura in forti canōes. ordinatio diete: digestio: euacuatio: applicatio resoluentiū ꝛ exiccantiū. ℂ Pro primo secundo ꝛ tertio recurratur ad ea que de cura sode dicta sunt. Sed nota Auicen. xiij. tertij. proprio capitulo. dum inquit. Et penitus quidem solutio ventris ex rebus est magis iuuantibus species eius. ℂ Laudatur autem in facta ex clamore percussione vbi comprehenditur fluxus actualis materie. ꝛ hoc in principio applicatio repercussiuorum ꝛ stipticorum proprie flobothomia ex cephalica. Ventosatio super colli: ꝛ sup ambo timpora. ℂ ℞. aquā decoctionis: corticum granatorum: endiuie sicce: virge pastoris: ꝛ pro doloris mitigatione: corticum papaueris albi ꝛ infūdat̄ pecia ꝛ madefacta oculis sepe applicet̄. ℂ Aliud. ℞. masticis: boli armenici: albuminis oui. ℂ Itē colliriū album: vt supra de obtalmia. ℂ Vltimus perficiatur cum his. ℞. aloes: licij: acacie. ana. ℥. s. incorporentur cum succo solatri vel acetose: ꝛ superponantur cum insita ꝛ pilasiue rotula liget̄. nā ligatio oculorum maxime cōfert in ea q̄ ex vomitu ꝛ clamorē ꝛ vōitu ipso. ℂ Aliō. ℞. fabarum rosarum. thuris: ex his cum albumine oui fiat vt emplastrū. ℂ Itē valet nucleus dactilorum adustus cum spica. Ego quidē puero habenti exituȝ magnum oculi dextri: etatis annorum duorum applicaui emplastrum ex nucleis dactilorū adustis cum spica ꝛ modico ros. ꝛ conualuit in tribus diebus vel circa. Tu autē confice ipsuȝ cum farina ordei aut aqua feniculi. ℂ Item ℞. farine fabaruȝ: thuris nucleorū adustorum: ꝛ cum albumine oui fac. ꝛ tu considera.

ℂ De profunditate oculorum. Rubrica. xix.



Uoniam hoc accidens fit successione febrium ꝛ aliarum rerū habentium corpus: ꝛ oculum ab humiditate ꝑuare vt sunt fortes euacuationes: vigilie excessiue: tristitia ꝛ hō animi accītia. hinc est q̄ in cura eius oportet q̄ intentio sit ad restaurationeȝ ꝛ humectationem. Euaporetur itaq̄ oculus frequenter cum aqua tepida: aut cum lacte tepido. ℂ Item super oculum ponatur hoc emplastrum. ℞. farine amidi. florum violarum: medulle vituli: incorporentur cum lacte addito modico croci. ℂ Item hic adducantur cōuenientia dicta i dilatatione ꝛ constrictione pupille.

ℂ De passionibus palpebrarum quot sint. Rubrica. xx.



T licet palpebrarum passiones a multis numerent̄. xxiiij. a quibusdā xxvi. ab Auicen. vero tātū. xij. ponuntur que etiam ad pauciores reduci possunt cum earum plurime coincidant vt sunt pruritus. ardor. rubor. grauitas. inflatio. silach. gerse. formica. vlcerationes ꝛ huiusmodi: vt infra patebit in dicendis. oia etenim

sita vtplurimum sunt cum scabie asperitate grauitate intrinseca palpebrarum cum quadam obtalmitatione vt Salaf agaram dixit. A quo tantum quattuor ponuntur species. Sed quia vt dictum est in principio nimis hūc sensum diligimus hunc disposui particularius ⁊ q̄z potero breuius de ipsarum passionibus loqui duceñ quem elegi semper secuturus.

ℭ De pediculis palpebrarum ⁊ superciliorum. Ru.xxj.



Eperiuntur pediculi i superciliis ⁊ palpebris. Aliquādo reperiuntur platões dicti piatole in vulgari nostro multum adherentes que consueuerunt venire circa pudibunda ⁊ sunt de specie pediculorum. materia enim eorum est humiditas putrida quam natura expellit ad partes cutis. ⁊ virtus preparatiua generationis eorum est caliditas naturalis.

Signa sunt pruritus ardor in locis. Et rubedo cum eminentiis pustulosis. ⁊ q̄ patiens a fricatiõe loci ⁊ scalpellatione abstinere non pōt. Et egritudo transiens de vno in alium per conuersationem cū habente.

Cura canones. Et quia consueuerunt venire inordinatis viris precipue ex parte cibi ⁊ in inquietis parui scilicet exercitij in imundicis. hinc p̄mo ordinetur dieta ⁊ regimen boni ⁊ exercitium. ⁊ teneantur mūdi. ℭ Secundo fiat euacuatio humorū corruptorum qui sunt cā generationis pediculorum cum pillulis cochis yera ⁊ huiusmodi. ℭ Tertio fiat euaporatio ex aq̄ sulphurea aut ex aqua decoctionis salis. fumiterre staphisagrie ⁊ sulphuris. ℭ Item decoquātur staphisagria ⁊ absinthium ⁊ ex ea aqua abluatur oculus. ⁊ consimiliter lauetur cū aqua sulphurea. ℭ Deinde ⁊ quarto fiat inunctio cum hoc vnguento ex parte vbicunq̄z nascantur. Recipe staphisagrie argenti viui. ana. ℥.ß. mortificetur argētum viuum cum saliua prius. deinde puluerizata staphisagria omnia cum butyro incorporentur ⁊ inungatur. ⁊ est singulare. ℭ Item argentum viuum extinctum cum saliua ⁊ pomo bene cocto mixtum ⁊ incorporatum idem operatur. ℭ Item. Recipe staphisagrie puluerizate. ℥.i. olei de absinthio. ℥.ij. cere modicum fiat vnguentum. ℭ Ad idem. Recipe aluminis zuccarini. aloes. pulueris staphisagrie. absinthij. sulphuris modicū. omnia cū aceto squillitico incorporentur. ℭ Nota tamen q̄ ista secure possunt applicari ad extra in peciola super oculum aut super supercilium ad intra autem aduertendum est.

ℭ De silach. Rubrica.xxij.



Silach est grossicies palpebrarum cum rubore pruritu i angulis lachrymalibus asperitate ⁊ cum parua aut mensurata partium carnis palpebre inequalitate. Causa ē materia sanguinea adusta vel flegma ip̄m salsum. Et dicitur pruritu in angulis ⁊ similiter partium carnis palpebre inequalitate vt cognoscatur differētia inter ipsum ⁊ scabiem. nam in scabie est pruritus per totum oculum ⁊ modicum in angulis ⁊ cum inuersantur palpebre videtur equalitas manifesta carnis eius apparent nāq̄z palpebre vlcerate cū casu pilorum ⁊ sequitur cum corruptio oculi. Et fit plerunq̄z successione obtalmie.

Signa ex dictis manifesta sunt. Et ex eo aliud est recens. aliud antiquum malum.

Cura in recenti canones. Ordinatio diete que consistit in regimine frigido ⁊ humectatiuo. vt patet ex causa sua. ℭ Digestio materie acute salse. ℭ Tertius euacuatio eiusdem. ℭ Quartus applicatio humectantium. ℭ Quintus applicatio medicinarum pilos nasci facientium. Ex quibus perficiatur primus patet ex positis in tertio tractatu. ℭ Ex quibus vero secundus ⁊ tertius patet ex scriptis in quarto tractatu. ℭ Quartus completur cū euaporatione facta ex aqua calida decoctionis rof. foliorum solatri camomille vel aqua decoctionis rof. lentium ⁊ cum aqua eadem abluere palpebras. ℭ Deinde applicēt palpebris emplastra vel consimilia. vt. ℞. succi portulace. ℥.ij. lactis. ℥.iij. misce ⁊ cum peciis oculo applica. ℭ Aliud. ℞. succi portulace mucillaginis psilij. olei rof. lactis ⁊c. misce. ℭ Item aliud. ℞. foliorum solatri. portulace. ana. M.i. pistentur ⁊ incorporentur cum vitellis ouorum ⁊ cum albumine ouorum cū pauco olei rof. ⁊ applica. ℭ Et ad intra oculum pone collirium album supra d̄ obtalmia. Et nota quod iste balneatiões ⁊ applicationes debent assiduari.

Cura In cronica vero canones ex parte digestionis seruentur que dicta sunt in recenti. ℭ Ex parte autem euacuationis fiat vt dictum est addendo flebothomiam ex cephalica. Item ex venis frontis. Item ventosatio precipue crurium vt Auicen. ℭ Ex parte quarti canonis. vltra euaporationem oportet applicare ea que subtiliant. ℭ Item q̄ completis vniuersalibus ⁊ factis euaporationibus ⁊ applicatis rebus ad intra ⁊ extra vt in non cronica applicentur ad intra oculum vel supra que subtiliant. ℭ Ut verbi gratia. ℞. eris vsti. ʒ.ß. dragaganti. ʒ.iij. crocie piperis. ana. ʒ.i. terantur cū vino pontico donec fiant sicut mel subtile: ⁊ administretur ad extra. ℭ Ad intra vero. ℞. cristalli. ʒ.iij. mumie. ʒ.ij. masticis: vernicis. ana. ʒ.ß. terantur ⁊ cribellentur fiat alcool: ⁊ imbibatur cū aqua rof. ⁊ exiccetur ad solem in vase vitreato. deinde teratur super marmore ⁊ imbibatur: vt patet. Et sic fiat quater: deinde cum filo argenteo ponatur super carnositatem intrinsecā oculorum sero cum vadit dormitum. ℭ Quintus canon ⁊ principalis in vtraq̄z perficitur cum his que faciunt ad pilorum generationem: ⁊ ex melioribus rebus est lapis laguli subtiliter puluerizatus. Unde Auicenna. est vltimus in hac proprietate qui est in eo. ⁊ Mesue lapidi lazuli iest proprietas mirabilis. allegato capitulo infra. ℭ Ad idem lapis armenus cum spica. ℭ Aliud. ℞. muscas ⁊ abscindantur ale ⁊ capita: ⁊ auellanas assas. deinde omnia cum adipe caprino incorporentur. est enim efficax. ℭ Ad idem valet confectio alcohol mahemet. Mesue de casu palpebrarum. ℭ Ad idem fiet nigrum. Serapi. xxiij. capitulo antidotarij. ⁊ Gal. Lapis ematites cum melle mixtus. ⁊ sic hec singula consideres.

ℭ De gersa. i. difficultate claudēdi palpebras. Rub. xxiij.



Gersa est dispositio qua palpebre cum sunt aperte difficulter clauduntur: ⁊ cum clause sunt difficulter aperiuntur cum dolore ⁊ rubedine. ℭ Causa eius s̄m plurimum est materia viscosa valde ad siccitatē declināte. Dicit̄ s̄m plurimū: q2 a sola fricatione sine fluxu materie contingere potest. hec quidem passio est semper per cōitatē a cerebro: ⁊ principaliter a stomacho eleuatis vaporibus ex cibo non rectificato in eo.

Cura. Canones vniuersales seruentur ex parte rectificationis membri mandātis. Dieta. s. digēne. euacuatione mēbri ipsius confortatione: p̄ quibus recurrendum est ad locum vbi de illo tractatur. ℭ Preter hos adduntur canones duo. Primus oculorum humectatio. nam gersa reperit̄ quasi semp̄ cū fructis lippitudinis dure. Aui. Secundus est rei hūefacte resolutio. ℭ Primus completur cum vaporatione aque calidefacte cum spongia ⁊ cū ceteris humectantibus dictis in de pstrictione ⁊ dilatatione pupille. ℭ Secundus completur cum mucillagine: fenugre. seminis lini cum lacte. Item aliud. ℞. adipis galline. ʒ.vi. mucillaginis: seminis lini. ℥.i. olei ro. ℥.ß. cere modicū fiat vnguentum expertum.

¶ De inuiscatione palpebrarum. Rubrica. xxiiij.



Inuiscatio de qua est sermo est vt adhereat palpebra oculo per incisionem vngule aut ratione alicuius talis rei vt dictum est in ipsa cura vngule.

¶ De inuersatione palpebrarum seu separatione abinuicem. Rubrica. xxv.



Inuersatio palpebre est eius elongatio siue separatio ab alia ita vt vna aliam perfecte non contingat. Causa cuius est excrescentia carnis prohibens eius extensionem aut vlcus male curatum aut spasmus de inanitione aut de repletione aduenientis musculis eius. ¶ Et ea est naturalis et ista curam non recipit. ¶ Alia accidentalis et huius sunt tres species. Prima vt palpebra non cooperiat album. Secunda vt non cooperiat partem. Tertia vt non cooperiat superiorem et inferiorem palpebram: et prima potest vocari leporina quasi oculus ille stat vt oculi leporum qui dormiunt et secunda nominatur abbreuiatio palpebre et est minor illa. Aui.

Cura habeatur secundum causam: nam de omni tali dictum est supra capitulis suis. Si namque fuerit ex spasmo recurre ad capitulum de spasmo. et ita in aliis.

¶ De ordeolo. Rubrica. xxvi.



Ordeolum est apostema in figura grano ordei simile super extremitatem palpebre ortum. Causa cuius secundum plurimum est sanguis dominans. Est namque tale apostema aliquando facile vt ex natura ipsa curetur: et quasi sic vt plurimum accidit. Quandoque efficitur magnum et tediosum.

Cura canonica est. Ordinatio diete. Abstineat a vino rebus calidis et huiusmodi. ¶ Fiat flobotomia ex cephalica aut ventosatio in spatulis: et si colera souet euacuetur cum tamarindis. Deinde fiat euaporatio cum aqua decoctionis ordei. ¶ Post quam superponatur licium cum aloe vel succus solatri cum aloe aut dissoluatur opoponacum in aqua et superponatur bonum est valde. ¶ Aliud. Recipe laudanum et ceram nouam et misce superpone. ¶ Quod si indurareretur tunc mollificatiuis vtendum est vt est amoniaci oppoponacum serapinum in aceto dissolutum. vt posuit Ihesus. aut diaquilon. ¶ Cum autem ad maturationem peruenit aperiatur et cum penna inuersetur modicum palpebra et apparebit locus manifeste.

Cura in leui scito quod aliquando inunctio butyri sufficit sola et maxime post principium. aliquando sufficit mica panis in aqua tam diu retenta vt fiat in modum masse: et super ordeolum ponatur et maxime in principio et augmento. nam procedere possumus in isto apostemate vt in aliis. sed est ita paruum et communiter non tediosum quod statim ad localia curritur. ¶ Et cum ista non conferunt oportet transire ad manus cirugicorum. quia oportet ipsum cum ferro remouere. Et tu considera.

¶ De scabie et pruritu palpebrarum. Rubrica. xxvij.



Scabies palpebrarum est quedam defedatio partis intrinsece earum cum granulositate asperitate pruritu et lachrimarum multitudine. Causa est materia nitrosa sanguinea aut alia talis materia ex humore alio acuto ortum habens. hanc si quidem antecedit pruritus. nam cause facientes scabiem sunt et facientes pruritum: sed sunt fortiores vt septima quarti de scabie. Et fit plurimum successione obtalmie aut vlcerum oculi. Pruritus quidem est sine granulositate. Eius quoque quatuor assignantur species a Saroso. açaradij. et ab Auicen. de scabie et pruritu. tertia tertij. que non videntur differre nisi secundum magis et minus. ¶ Prima species est cum pruritu paruo et asperitate parua. ¶ Secunda est cum asperitate pruritu et rubificatione. ¶ Tertia est cum vlceratione et scissura aliquali apparente granulosa in modum fici scissi. ¶ Quarta est cum vehementia scabionis pruritu et apparitione et granis iam factis duris. ¶ Ex quibus colliguntur signa.

Causa cius ſm plimum eſt mã ſalſa acuta. Et dĩ ſꝫ plimũ: q2 aliqñ a pcuſſiõe caſu: a frigore vēto: ⁊ ſpãliter borea ↄtigē põt. nã boreas ſua ſiccitate exiccat humidũ ſubtile eorũ p qd̃ fit conglutinatio: ⁊ ſic fit facilr̃ eoꝝ ſeparatio. ¶ Cõſilr̃ ↄtingit ex rebus alijs exiccantib⁹: vt ſunt puluis: fumus: vapores acuti ſicci eleuati ab inferiorib⁹: vt in tertiana fe. eſt vidē: de quo in dubijs. ⁊ p hũc modũ ſcindunt̃ inferiora. Et maxime h̃ accidit qñ fit fiſſura p cõitatē. nã aliqñ accidit ↄtctio in muſculo trãſuerſali labij inferioris: q̃re accĩt ei vt ſcindat labrũ ſcĩſſiõe pfũdãte: ⁊ multiplicat̃ apud multiplicatiõeꝫ boree. Meſue.

¶ Et ex fiſſuris q̃dã natiua: q̃dã accñtalis. Et ex accñtali q̃dã pua in modũ rimule fcã: ⁊ dĩ in vulgari nr̃o feol. ⁊ q̃dã maxima: vt cũ ex toto facta eſt ſeparatio ptis a pte. q̃dã magna: ⁊ int̃ has media in q̃. ſ. nõ ex toto eſt ſeparatio fctã.

¶ De natiua dico h̃ q̃ vidi multos hñtes labium ex toto diſcõtinuatũ. Et padue meo tpe fuit q̃dã gaſpar de verſatis cui⁹ oēs filij maſculi naſcebant̃ cũ labio ſuperiori in totũ ſciſſo: ⁊ femelle nõ: qd̃ reputatũ ē ⁊ nõ imerito ſtupēdũ ſatis cum ipſe ⁊ vxor ei⁹ ex toto integri forēt. ſicq; eoꝝ ꝓgenitores. Poſſet reddi tñ cã lꝫ eſſet multũ remota: ſed tu ↄſidera. Dico ſcdʼo q̃ ēt eius cura ponet̃ in fine rubrice.

Signa demõſtratiua caꝫ q̃ fiũt a mã ſalſa aduſta: ardor: pruit⁹ vehemēs: ⁊ q̃ cruſte i locis generant̃: ⁊ exitus humiditatis acute ab illis locis tumor loci cũ maĩ⁹ duritia: complo patientis. ¶ Signa earũ que fiunt a mã melancolica aduſta: labioruꝫ ſiccitas: ⁊ q̃ ab eis non emanat humiditas: ⁊ q̃ aliquis ardor ⁊ pruritus eſt in loco abſq; tumore magno: neq; eſt inflatio.

Cura vl̃is ad accñtalē venio. Canones in parua ⁊ magna. nã in magna ↄueniũt i parua fortiora. Ordinatio diete. Digeſtio. euãtio mãe vel flõmia: vel cum vētoſis in occipitio. ¶ Diuerſio ſi fuerit a capite vel narib⁹. flõmia vel alr̃ ꝓhibitio ſi fuerit ex aſcēſu. p quibus recurre ad ea que ſupra de ſoda. ⁊ de ſoda melica: vel de melia ⁊ alijs plĩbus de ſtate ſalſo: vt in quarto tractatu.

Cura particularis ad pticulares deſcēdo. Debēt medicine valētes in h̃ pticipare ſiccitate ſiue ſtipticitate ⁊ lenificatione vt ſupfluã ↄſumãt humiditateꝫ aut ſiccitatē nõ debitã lenificãdo remouẽãt. Et vbi mã fuerit ſalſa acuta debēt tendere ad frigiditatem. nã in frigidita-

tesita ꝯfortāt ṽtutē mēbri remouendo malā calitatē im-
pressam: ⁊ siccitate exiccāt supfluā humiditatem fluxā:
stipticitate ꝯfortāt ⁊ partes vniunt ⁊ ꝓhibent aduentum
m̄āe ad locum. vñ in fissura pua ⁊ magna a frate salso cō
petūt frida sicca stiptica. ℂ Et exēplificādo icipiā a leuio
rib⁹ ⁊ illa erunt ꝓ pua sufficiētia. 2° ponam fortiora ⁊ illa
erunt in mag̃ administrāda. Ultio tractabo de maxima
cum de natiua erit fmo. ℂ Ex^m p'. ℞. oleum ro. ⁊ cū pau
co cere fac vnguētum. ℂ Itē ℞. oleum ro. ⁊ cum masti-
ce in eo bulito ⁊ pauco sēis mirgam fac vnguētū de cera.
ℂ Itē puluis licij cum amilo penidijs ⁊ aq̄ ro. cōmixtus.
ℂ Itē masticet dragagātum ⁊ cū lingua tāgat scissura.
ℂ Aliud, ℞. rosaꝝ siccaꝝ. sandal. rub. gūmi ara. cerusse.
añ. ꝯfice cum aq̄ ro. ℂ Itē oleū ro. cum cāphora ⁊ litar-
giro. ℂ Ad idē cinis corticum ouoꝝ cum vino. ℂ Item
galle pulueriçate cū melle mixte. Sera. ℂ Ex^m scdi. ℞. ce
russe lote: amili cathecumie lote: litargiri: ꝯficiant cū mu
cilagie dragagāti. ℂ Itē ꝯburant nuces ⁊ exp̄mat ab eis
oleum de q̄ sepe iungas. mirifice sanat. ℂ Itē ad idē vn
guētum de cerusa cum oleo ro. ℂ Itē ℞. gallaꝝ cerusse.
añ. p. i. amili: dragagāti. añ. p. 5. ꝯfice cū adipe galline q̄z^m
sufficit. ℂ Et forti⁹ opando sic agat: excoriet locus
alumie fecū vel vnguēto viridi aut vitriolo de quo fit en-
caustrū dōec sanguiet ⁊ post excoriationē mūdificet ⁊ cō
solidet loc⁹ cū h vnguēto. ℞. mucilagis sēis citōioꝝ: ami-
li: dragagāti. añ. ʒ. 5. olei ro. ʒ. iiij. cere. ʒ. ij. adipis anatꝭ vel
anseris. ʒ. ij. pulueris isopi cribrati. ʒ. iiij. litargiri. ʒ. ij. dissol
uant p̄us cera ⁊ adeps ⁊ ī mortario ponant. deinde cetera
supinfundāt ⁊ adiuicē agitādo icorporēt ⁊ iniūgat loc⁹.
ℂ Ablutio fiat sepe cū aq̄ decoctiōis fumiterre vel camo
mille. ℂ Ubi ṽo m̄a fuerit adusta requirūt lenificātia re
mouētia siccitatē idebitā. vtpote gr̄a. ℞. olei vio. mucilagi
nis citonioꝝ: pīguedis gallie. añ. ʒ. i. litargiri: dragagāti.
añ. ʒ. i. cere modicū fiat vnguētū. ℂ Ad idē medulla cer-
ui. Itē esdra nyco. Itē in h cāi valēt pinguedines galline.
anatis anseris: adeps vituloꝝ. butyꝝ: medulla: ⁊ spāliter
cerui vt dcm̄ est. ℂ Itē ℞. terbētine: mellis: mastic: : isopi
hūide. añ. ℂ Itē expti. ℞. gallas ꝯtritas cū cerusa: ami
li: dragagātū ⁊ ꝯmisce cū adipe gallie. Et si dicat adipes
sunt ex putrefactiuis. g̃ nō vident ꝯpetē. Dicet in dubijs.
ℂ Fortius āt opando dicat fiat excoriatio: vt. s̄. vsq3 ad
sanguinis eiōnē ⁊ fiat mūdificatio: vt. s̄. deinde ꝓcedat
ad ꝯsolidationē cū h vnguēto. ℞. tbētine: cere. añ. ʒ. i. olei
vio. ʒ. ij. vel rosati gallaꝝ: mastic. añ. ʒ. i. fiat vnguētū: vt
s̄. in mortario: ⁊ cum venerit ad inunctionē ꝓiciat super
aq̄ ro. ʒ. i. 5. ⁊ totū misceat. fiat ablutio: vt. s̄. ℂ Et h attē
de q̄ scissure nō sic curant ex vna applicatiōe: s3 oz reitera
re sepe ac plunes. ⁊ tenē labia ligata. nō multū loq ⁊ bre-
uit abstinē ea a motu qm̄ ipedit ꝯsolidationē. ℂ Si vero
scissura fuerit ex vēto aut puluē aut alia re hēs parata re-
media: qm̄ in frida cū vtere calis stipticis ⁊ in calīa fridis.
ℂ S3 si oia iā dcā nō ꝯtulerit maxie qñ scissura ē āntiq̄ta
vt ego vidi sibi a ⁊ p̄sa nō ꝯferre oz vt puenam⁹ ad caute-
riū: qd̄ sit de auro vel de argēto vel auricalco: ⁊ post cau-
terisationē fiat ꝯsolidatio cum vnguētis dcis. Mod⁹ aūt
cautericādi ponit ab Albucasi i p̄ li°. c°. 18°. ⁊ tu ibi. Q̄ñ
ṽo solo ē max⁹ ⁊ recēs. ita q̄ adhuc fluit sanguis suat cū
filo serico ⁊ ð sup ponat sang. dra. aut olibanū cū albumi
ne ouoꝝ ⁊ ꝯsolidet. ℂ Q3 si fuerit antiq̄ ⁊ vnaq̄q3 ps so
lutiōis scā sit sana: tūc oz vt excories oēs ptē a cuti sua ap
parēte donec sanguinet: deinde aggreget ptes cū sutura
⁊ stringe eas desup q3 pulueriça sanguinē dra. ⁊ liga ip̄s.
⁊ sic ligatū pmitt as duob⁹ aut trib⁹ dieb⁹ f3 tpis ꝯsistētiā:
deinde pmuta medicamē ⁊ pmitte ip̄s donec abscindant
fila p se. ⁊ tu itērio sit a d ꝯsolidādū: h āc aūt excoriationē
gdā faciūt vt dcm̄ ē. alij ṽo ⁊ magis expedite cū cauterio

potētiali leni leniēdo: ⁊ h modus fuādus ē p̄cise i natiua.
ℂ Uñ meo tpe duos de familia dcā curauit recolēde me-
morie magr̄ Joānes de Janua. sicq3 ei⁹ fr̄ Antoni⁹ in arte
cyrugie expertissim⁹ ⁊ fecit huiuscemodi doctus factus gdā
spir⁹ in scissuris coꝝ h vnguento vtebat ⁊ multos curauit,
℞. terbētie. ʒ. ij. lardonis sine floris ei⁹. ʒ. i. ʒ. ij. thuris albi
pulueriçati. ʒ. v. ⁊ cū cera citrina faciebat vng^m ⁊ vtebat
eo h mō: accipiebat ṽgulā ⁊ iūgebat i vng^to. de inde accēde
bat vng^m i capite ṽgule posi^m ⁊ sic accēsū pmittebat gut-
tas accēsas descēdē tres vel q̄ttuor. est eni sic cauterium,
ℂ De tumorib⁹ labioꝝ ⁊ ap̄atibus eoꝝ. Rrica. ix.



Nadente in tumore q̄3 in ap̄ate ordināda est dicta euonenecie p̄mittant cū
digestiuis si sint necia. Diuisiōes ꝓhibitiones
fiāt: vt. s̄. de loda ⁊ max^e qñ talia accidunt g
cōitatē a cerebro vel stō ⁊ hꝫ. ℂ Q̄uib⁹ p̄us
cōpletis descēde ad canōes pticulares. ℂ In scdō ex cā ca-
vtē fridis de qb⁹ in p̄cedētib⁹ Rricis: ⁊ laudat succ⁹ sēmicu-
laꝝ spgule. vng^m de cerusa. ℂ In eo ṽo qd̄ est ex cā frida
vtē calis exiccatiuis. Et laudat mel albū. licū dissolutū
in vino inicio tyriace succ⁹ mēthe. ⁊ hꝫ de qb⁹. s̄. ℂ Et
ꝓ cura ap̄atū eoꝝ scito huic canonē q̄ eadē ꝯferūt ⁊ va-
lēt in cura hoꝝ ap̄atū q̄ scripta sūt de cura ap̄atū gingi-
uarum: sic tñ q̄ ex illis fortiora eligant pro istoꝝ cura.
vnde Aui. de ap̄atibus labioꝝ. Ap̄ata ṽo sunt prime
positionis ex iudicio ap̄atū gingiue. ⁊ cura fortior pcul
est eis magis necia. Tu itaq3 ex datis cōpone qm̄ facile ē.
ℂ De vlceribus labiorum. Rrica. x.



Curantur vlcera labioꝝ ex cā calia cū frigidis stipticis: ⁊ ex cā fri-
gida cum calidis stipticis. Et tu pro his recur
re. s̄. de vlceribus narium: oris: ⁊ gingiuarū
vbi plura scripta sunt. ⁊ ꝯsidera cōplonē mē-
bri: vt in de vlceribus aurium dictum est.

ℂ De tremore labiorum. Rubrica. xi.



Scito q̄ qñq3 ē ex cōitate cū stō: ⁊ signat vomitū futuꝝ vel nauseā. qñq3 ē ex
cōitate cū cerebro aut nuca pp neruos venie-
tes ab his mēbris ad labia. Et tūc tua iterest
discernē ⁊ illa mēbra rectificare: ⁊ tu circa hoc labora.



Dubitatur qm̄ cū hūida putrefacti
ua nō cōpetāt in vlcerib⁹
q̄uo adeps gallie anatis vel anseris laudat ab
auctorib⁹: vt Aui. ð scissuris labioꝝ. ℂ Dūz
p̄ q̄ cōpetūt: max^e qñ tales scissure aut vlce-
ra sūt ex vehemēti siccitate: nec sole debēt applicari: s3 cū
alijs exiccatis ꝯmisceri. vt cū litargiro ⁊ hꝫ. ℂ Dico 2° q̄
spāli adeps galline laudat: qm̄ ē anodina: ⁊ sic p3 q̄ mi-
tigādo dolorē ⁊ remouēdo siccitatē supfluā ꝯpetit q̄ maxime. Et qd̄ dcm̄ est ex vaporib⁹ acutis eleuatis in tertia-
na vel alia fe. acuta labia scindi: que scissure fiūt p modū
bone crisis. vñ spāt subita salus: vt etiā vulgus testatur.

Dubitatur q̄re in fe. scissure tales appentes i la-
bijs siue vlcera vel pustule sūt signa
bone crisis: ⁊ spat salus: ⁊ appentes in lingua sūt malū si-
gnū. ℂ Dōm q̄ labia sunt mēbra vilia exteri⁹ posita: q̄z
caro est tenera: ⁊ iō nā fortificata suas supfluitates mittit
ad illa. Ligua āt ē mēbrū nobile mltū sēsibile: ⁊ iō si talia
appent i ligua magis veniūt gr̄a sinthomatis: ⁊ iō sp mala.

Dubitatur qm̄ gñatiua carnis sūt calia ⁊ siccā
vt. 2. canone. 4°. caplo. q̄uo sanguis
dra. est carnis gñatiu⁹: cū sit fride ⁊ sicce cōplonis. nā sepe
suppōnit in receptis carnis gñatiuis. ℂ Dōm q̄ q̄uis
sit fride ⁊ sicce cōplonis: tñ hꝫ ṽtutē ꝯglutinādi ꝯstringē-
di: ⁊ ipedit aduētū humoꝝ ad locū: ⁊ tēperat alia medi-
camina calia. ⁊ sic nō ex p̄°: s3 ex 2° ītētiōe. Dē carnis gñe

nis: q3 desiccādo cōglutinādo humoris aduentum impediendo ꝛ caliditatē aliorum excessiuā remittēdo: q̄re ꝛc.

Dubitatur de cauterio qd̄ est pstātius an de cupro vt Mes. aut de argēto auro vel de ferro aut auricalco. ¶ Et pro solōne dubij ꝑ videndū est que sit cā finalis q̄ ꝑpapif cauterium appom. Deide ponende sunt ꝯnes de quesito rūsiue. ¶ Pro pͥmo dōm q finalis intentio cauterij est adustio ꝛ exiccatio. ¶ Pro 2° ponunf ꝯnes. ¶ Prima ꝛ est Albucaf. Cauteriū de ferro est pstātius cauterio auri. pbaf. Illud est pstātius in q̄ repetif magis intētio cauterij: sed in eo qd̄ est de ferro reptur ꝛc. g. ꝯña nota cū maiore: minor pbaf: qm̄ magis adustiuum ꝛ exiccatiuum est qd̄ est ex ferro: cum ferruz sit in se siccius ꝛ sube magis compacte: q̄re calitas in eo impressa magis opabif q̄3 ea que est in auro alijs parib°. cū potētia rei attēdi hēat penes multitudinē foie. ¶ Scda ꝯ. cui adheret est ꝯria pcedenti: cauterium de auro pstātius est q̄3 de ferro. pbaf ꝯ. qm̄ illud est elegantius qd̄ est magis ꝓpinquū cōplonī ꝛ qd̄ minus iducit nocumentum citiusq3 curaf. ꝑ qd̄ etiā iplenf intētiōes dicte: sed tale est d̄ auro. g. ꝯña videf nō cū maiore: minor declaraf: qm̄ aurum est tēperatum ꝛ cōplonī humane ꝓportiōatum: ferrum ꝟo frigidum ꝛ siccum. Item post cauterisationē facta cum auro nō sequif eleuatio pustularꝫ ꝛ vesicarū: neq3 sanies vt cum eo qd̄ est de ferro. Itē citius ꝯsolidatur ꝛ pulchrioris cauterisationis existit locus. Ex q̄ ꝯne inferf q maxime ac ꝑpue d3 esse cauteriū3 de auro in locis faciei. p3 correlariū itelligēt. Ex isto iserf q labia ōbēt cauterisari cum auro. ¶ Tertia ꝯ. q potentius ꝛ fortius est cauterium de ferro: ꝛ ꝯsiter adhuc fortius qd̄ de calibe ē: ꝛ de cupro medio mō. ꝯ p3 intelligēti ex dictis. vñ vbi q̄ritur fortis ipressio in mēbro duro ac solido magis videf cōpetē de ferro q̄3 de auro. ¶ Quarta ꝯ. q l3 de ferro sit fortius ꝛc. nō tñ pstātius. p3 ꝯ. qm̄ plures intentiones pficiunf ꝑ illud qd̄ est de auro. ¶ Quinta ꝯ. Cōiter opantes securius opāf cum eo qd̄ est de ferro. hāc ꝯnē positiue satis declarabo. nā Raf. Almāso. 7°. ca°. ingt. Plurimiq3 eoꝝ qui hāc exercēt artem sunt idiote rustici ad stolidi ac restauratores precipue. ꝛ ideo cum ad mensurādum ipm aurum esse sufficienter ignitum ꝓ tali opanōe ꝓducēda aurum colore citrinum igni assimulef. vñ pp hoc nō comprehendif eius caliditas sufficiens. Itē si nimis ꝛ supflue calesit dissoluef. si ꝟo modicuz induc̄ dolorē ꝛ escaras facit ꝛ opus suum nō pficit: qm̄ añ tēpus infrigidaf. In ferro ꝟo facilius hec oīa cōprehendunf: ꝛ sic nō ꝯtingit operatores cum cauterio ferri errare vt cum eo qd̄ est de auro. Ex ista ꝯne infertur correlarie q vbi operator fuerit expertus ꝛ doctus q melius est vt operetur cu3 cauterio de auro. patet correlarium. ¶ Sexta ꝯclusio. q propter paupertatem ꝛ auaritiā operatores vtuntur cauterio de ferro. cōclusionem relinquo ex se manifestam. ¶ De cauterio autem de argento ꝛ auricalco dicendum q propter eorum teneritatem operatores non vtuntur: l3 quidam nouoruz tetigerint illud. ¶ Ad rationem vero Albucasis. cum in ꝯtrariam partem sentiam dicendum q in cauterio nō requiritur omnimoda exiccatio ꝛ adustio: sed sufficiens et ꝯtemperata. hoc autem vt dictum est melius perficif auro q̄3 ferro. ergo. Et si materiā cupio latius videre require Conciliatorem in anexo differentie. 208.

De egritudine labiorum aut gingiuaruz in affoꝛismis nil reperio vltra ea que dicta sunt de egritudine oris ꝛc.

Capitulum. ix. de dispositionibus gutturis. cōtinens Rricas. 6.

¶ De anathomia descriptione ꝛ complexione amigdalarum ꝛ vuee. Rubrica. 1.



Et l3 guttur capiatur quandoq3 pro eo quod est medium inter meri siue ysophagum ꝛ tracheaz arteriam. Et dicitur ysmon: vt Gordonius ꝛ ceteri plures: quandoq3 pro via transitus ad pulmonem ꝛ cor. vt tertio de partibus animalium. tertio caplo. Guttur quidem gratia spiritus datum est. per hoc enim inducunt spiritum animalia ꝛ emittunt respirātia ꝛ expirātia. Tamen hic capif vt Auic̄. nona tertij. primo capitulo pro spacio continente in se meri ipsam tracheaz amigdalas ꝛ vuam siue vuulam. Item ꝛ carnem pāniculosam annexā palato sub vuula que est pendēs ꝛ cooperiēs caput cāne: que ab Aui. allegato loco dicif algasmata. Et cōmuniter dicif coopertoriū3: vt pͥmo Almāf. 14° cap°. ¶ Et quia de anathomia cāne dicetur in sequēti capitulo ꝛ de meri in 13° hinc solu3 agam in presenti loco de anathomia amigdalarum ꝛ vuee. ¶ Amigdale nanq3 vt Auic̄. allegato cap° sunt due carnes nate in radice lingue tēdentes ad superiora ac si sint due auicule parue: vl sic magistraliter. Amigdale sūt carnes molles ex aliqua tñ parte neruee licet ab auctoribus medicie dicte sint simplices spongiose in modum siue formā amigdalaru3 formate in parte superiori gule. infra tñ epiglotū situate ad replendum locum vacuū eius ꝓpter cāne angustiā ordinate. vtq3 sua humiditate qua replenf tracheā humectēt ne suo nimium exiccef motu atq3 retinendum aerē apud caput cāne ne penitus expellaf finalr ꝯstricte. Ex q̄ p3 earz cāsa ꝛ humida ꝯplexio. ¶ Vuula siue vua est membru3 carnosum spōgiosum in fine palati super supremā partē epigloti vel velamē pendēs ad ꝓhibēdum subitū ingressum aeris fridi pulueris fumi ꝛ hꝫ ad pulmonē ꝛ descensum reumatis ad mēbra iferiora a nā inuētū: vt vocē modulet aerē ifrigēdo ꝯstitutu3. ¶ Ex qbus appet ꝑ q̄re carētes vua efficiunf ptisici. ¶ Scdo q̄re fim vocē. stat enī sup foramē anhelitus sic̄ digitus fistulatoris super foramē fistule. vñ etiā aliqñ cooperit meri ꝓhibēs ingressum aeris ad stōacū qñ hō loquif. ꝛ ꝯsimilr qñ hō comedit stat sup viā anhelitus ꝓhibēs ne cibus aut pot° ꝑ eā igrediaf. ¶ Ex quibus appet q̄re ingredif cibus dū hō comedit ꝛ simul ridet per viā anhelitus. nā in risu vuula nō claudit viā sed eleuaf: ꝛ plures q̄si sic suffocati fuerūt: ꝛ iō abstinēdum est a risu ꝛ a locutiōe cum comedif: ꝛ dcā est vua ad silitudinē gñi vue. Vel dr̄ grece leynoida. latine coltina. ¶ Et ex his apparēt anathomia: descriptiōes ꝛ cōplones amigdalarū ꝛ vue. ¶ Prosequens igif de passionib° gutturis expediā ꝑ quedā nocumenta gutturi ab extrinseco re ꝓueniētia. deinde s̄monem faciā de his que ꝯiuncta erunt vt sunt male ꝯplexiōes apostemata ꝛ huiusmodi.

¶ De strāgulatiōe ꝯtigēte ex cibo vel alia re silī. Rrica. ij.



Uandoq3 accidit ex magnitudine rei assumpte vt cibi durī ꝛ hꝫ. sic̄ strāgulatio: quo casu op3 ꝯsiderare pͥmo. Si res illa est dura solida: nō habēs diuisionē in suis partibus aut nō sit apta faciliter hēre. nā si sit integra solida: tūc pͥmaf collum: ꝛ qd̄ est intus spatulas multiplicādo ꝑcussionē post colluz cū pugillo. Q si nō sufficit ꝛ facilr aut cōmode capi possit cum tenaculis aut instrumēto alio aut vncino ꝛc. fac illud. q si adhuc non sufficit cu3 candela grossa cerea aut alia prematur ad inferiora. Et si faciliter diuisionē in suis partibus recipiat: tunc statim curabitur. Unde ex h̄ comprehenditur difficultas aut facilitas cure. ¶ Quidā operantur cum porro mūdato: aut cu3 stilo plumbeo modicū incuruato: ꝛ in idē venit. ¶ Et hic aduerte q Mesue in pͥncipio suadet vomitū. ꝛ Auic̄. inquit q debet fieri in fine post ꝑcussiōes ꝛ cōpressiōes dcās qñ. s. non sufficiunt.

... etiam in fine capli. Si aūt nō sufficit adiuuet vomitu. Et quāq est in h tumor. qz dubitari dz ne qd vomitu superius ducet insiltret aut ɔgreget cū re illa: z suffocationē faciat. Uomitus aūt ꝓuocet cū īpositione digitoꝝ aut cum penna linita oleo z in guttur immissa. ¶ Ad hoc vr̄ ꝑcipuū sit id fieri posset deglutio brodioꝝ pinguiū vt sua pinguedine vomitū inducant z isofagū relaxent z mollificent. Et ɔsilr̄ dicat de oleo. Itē ad minus retineat oleū in ore. Item fiat ad extra emplastra mollificantia. Itē fiat gargarisma ta ex eisdem pinguibus. Itē ex oleo z sirupo acetoso vel ex melle squillitico z hᵒ. vt statum in sequenti rubrica.

¶ De retentione spine aut hᵒ in gutture. Rubrica. iiij.



Si autem spina frustum ossis vel ligni videri poterit ingeniet operator ad extractionē eiᵒ cū instro. q si veri nō poterit admistrent p̄ sorbitiones viscose aut uiscula ex farina frumēti. Itē deglutitio albuminū ouoꝝ nō coctoꝝ frequētata. z extimo ꝑcipuū z singulare ¶ 2ᵒ. admistrent cibaria grossa. vz. q deglutiat frusta panis integra aut ficus sicce in egre z hᵒ. ¶ 3ᵒ post assūptionem ciboꝝ viscosoꝝ aut alioꝝ imediate admistret gargarismata ex mucilaginibᵒ. Item ex oleo amigdalino z oxymelle ɔposito siue squillitico calefactis. ¶ 4ᵒ ꝓuocet vōitus cū digitis intromissis aut pēna vt. s. vel cū oleo vōitio. z laudat h marie vomitᵒ factᵒ cū nasturcij. 3. i. ɔtriti cum aq̄ tepida ita vt oī die fiat semel. ¶ 5ᵒ liget ficus sicca cum filo duplicato z deglutiat. deide extrahat. Silr̄ fiat ligādo in capite fili ptē spōgie aut bolū carnis non bn̄ cocte q deglutiat z ē securiᵒ. ¶ 6ᵒ ad ex̄ applicet gutturi emplm̄ ex mucillagie seis lini. butyro. medulla cassie fistule. oleo amigdalaꝝ dul. z hᵒ. vt de squinantia dicet. ¶ Postremo scito q itrare balneū ē valde vtile z cā ē itelligēti satis manifesta.

¶ De sanguisugis ingressis in os. Rubrica. iiij.



Quandoq ingredit sanguisuga os bibetis aquā in q̄ existit. Et si est parua valde. lz adhereat gutturi ꝑmoᵒ nō cōprehēdit visu sed in ꝓcessu ipa bene vr̄ q̄ magnificat ex sanguinis repletione.

Signa demfatiua. tristitia. āgustia. sputū sāguis marie corpe existe sano. nā si sanguis subiit spuet z nō erit ab aliquo mēbro alio suspica de ipsa sanguisuga.

Cura Canones p̄ cū vr̄ z gutturi ē affixa si id fieri pt cū instro extrahat. q si nō: cura cū ingenatione remedioꝝ localiū z alioꝝ vt dicet. ¶ Cū instro qdēvt ducatur patiens in locū luminosū z si est pole vbi sol pcutit. z ante ipm apiat os eiᵒ z ꝑmat ligua. z cū tenaculis siue molctis siue pīsagarolis aut forficibᵒ qbᵒ extrahunt sagitte capiat. deinde ponat sal circa caput eiᵒ si fieri pōt. qm̄ ex se sepabit q si nō violēter extrahat. z si post extractionem eius fluxerit sanguis zč. fiat gargarisma cū aq̄ ro. decoctiōe balaustiaꝝ. corticū granatoꝝ z sumach cū modico aceti aut cū aq̄ decoctiōis balaustiaꝝ. aburis z hᵒ. ¶ Si vō n̄ fiat gargarisma cū sinapi z aceto aut cū sale z aceto. aut cum cepe rutha z aceto. aut aceto z assa. z statum remouebit de loco vn̄ patiens dz stare decliuis ore apto vt ex̄ veniat z non cadat in ɔfūdum. Itē laudatur abūncē gargarisma ex succo folioꝝ salicis cui inest ꝓpetas i extrahēdo ipaz. Et si declinare vr̄ ad nares fiat caputpurgia ex aceto. nigella. succo cucumeris asinini z elleboro. Q. si cadet in stomacū dentur medicine vermiū vt absinthiū. abrotanū. lupini. menta. astrū z hᵒ. de quibus sexto caᵒ n̄ solū interficiētes sed interficiētes z educentes vt aloes. semen sanctū. agaricus. reubarbarū. ¶ Q. si vomitus sit eis facilis fiat hoc modo. ꝑmo comedat allea. cepe. porros. sinapi. calamētū fluuiale z hᵒ. deinde euomat. ¶ Meo tēpore contigit vt qdā rusticᵒ bibēdo aquam fouee inbibebat vnum caput bufonis siue caprā aq̄ vel araneā aq̄ z stati ɔsulit medicū z medicᵒ potauit cū lacte valde copiose z statum post vomitū fecit z i vōitu egrediebat aial. ¶ Ex rebus vō faciētibᵒ egredi sāguisugā ē vt patiēs igrediat balneū z in eo moret donec sitim magnā patiatur: deinde teneat aquam fridā in ore. z cum calere cepit eijciat eā z de nouo aliā capiat z sic cōtinuet. nam sanguisuga fugiēs calorē z q̄rens frigus veniet ad os z sic egredieᵗ vn̄ ɔsuluit auctores q tale calorē sustineat vsq ad sincopim exclusiue qm̄ est regimen boniū in extrahēdo ipsaz.

¶ Singulare remedium. Rx. farine lupinoꝝ. aurib. sticados. poliȷ. seis nigelle. an. 3. q. icorpent cū succo absinthij z fiant trocisci. 3. i. ꝓ vnoquoq. z det vnus stomaco ieiuno cū aqua decoctionis nigelle. z videbis mirabile.

¶ De suffocatione seu squinantia. Rubrica. v.



Apud nostros medicine auctores repiunt hi termini strāgulatio. ꝑfocatio. suffocatio. sqnātia synātia. qnātia. chynātia. Et cū de noibᵒ disputare medico nō attineat. vt pᵒ ꝑmi. doctri. 6. 5ᵒ. c. hinc de eis succincte satis ptrāsibo. dicō etenim hec tria synonima suffocatio. ꝑfocatio. strāgulatio. ¶ Suffocatio qdem est ꝓhibitio anhelitus aut ex debilitate virtutis: aut pp impedimentum in instrumentis eius contingens: z est operationis lesio: vt patet. que tripliciter ledi contingit vt cetere. ablate. s. diminute z corrupte. ¶ Quidā vero nomē strāgulationis trahunt ad talem prohibitionem vt fit a causa extrinseca circa gulaz: vt laqueo z hᵒ. Suffocationē vero vt fit a causa extrinseca circa os z nares: z adherent modo loquendi vulgarium.

Cause. Et qz satis est manifestū qūo a causa intrinseca vt nimia caliditate dissoluente. aut frigiditatē cōprimēte insufflatione vētoꝝ: assumptione ciboꝝ: vt isra aut debilitate virtutis nō potētis mouere instrm̄: qz lacertum epiglotū cōtingat ꝑfocatio. hinc de causis intrinsecis eā facientibus solū mētionē faciaz. ¶ Fit itaq quāq ex mā existente in mediastino. Quāq a mā existente in pulmone aut cānulis eius vt est videre in peripleumonicis vel empicis ptisicis z hᵒ. ¶ Quāq ex ipsa existe in capite cānularū quod caput a pluribus vocatur guttur: z fit hoc subito: z colligit hec q̄rto apho. ɔmēto. 33. ¶ Quāq vero fit ꝓpter ineptitudinē lacerti epiglotū: qd est instrz quo fit motus vt membra aerem trahat: vt in sequenti docebit capitulo. que ineptitudo a superflua siccitate quandoq humiditate cōtigit. nā relaxat quāq z spasmat vt in pueris frequentius. Itē a remotiōe spōdiliū vel ligamētoꝝ coꝝ qbus colligātiam hz cāna: vt in sequēti caplo: z est magni timoris que est ex remotione secunde: vel que est supra ipsā: z est deterior. que vero est ex ea que sub ipsa est magis salua: vt infra. ¶ Quāq vero fit ex comestione vel potu reꝝ venenosarū: vt sunt iusquiamus: fūgi: andachocha: eius tyriaca est lactuca aut endiuia. ¶ Quāq vō a vermibus vt frequēter vidi in pueris. ¶ Et qz de difficultate anhelitᵒ z causis eius tractabit in sequēti caplo. hinc supsedeo z in ꝓlongando sermonē de suffocatione. Secutus tn̄ sm ptē ducem meuz Aui. Ad squinantiam me conuerto.

Squinantia est ꝑfocatio circa guttur ex apate ɔtingēs. cā cuius ꝑz pm̄ est materia flegmatica a capite descēdens circa guttur. ¶ Ubi notādū q lz ex cōi mō loquēdi ꝑfocatio videat suppōere magis pro tali apate vt impedit viā anhelitᵒ: z squinātia pro ipso vt impedit viā cibi. tn̄ hic audit squinantia indifferenter quocūq mōviā anhelitᵒ aut cibi impediat. ¶ Recipit qqz apa hoc diuisionem ex parte loci quadrupartitā. ¶ Naz aliqn̄ accidit i musculis siue lacertis extrisecis ab epiglotū declinātibᵒ ad iteriora z inferiora ita vt appeat tuōr i gula aut pte pectoꝝ vl̄ torace z istō ē ceteris leuiᵒ qm̄ declinat

ad exteriora. ¶ Aut in lacertis erit ad posteriora colli cū cōitate quoqꝫ spōdiliū ⁊ nuce. ⁊ tūc nō appet tumor ad ex. sed rubor ⁊ tūor ⁊ calor apto ore. ⁊ est difficilius p̄. ¶ Aut fiet i lacertis itrinsecis meri ⁊ que sequunt ipꝫ ɔstrigēs ābelitū vicin tate ⁊ tale sensui nō ē manifestū. ⁊ ē deteri⁹ duobus dictis. sꝫ nō est simplr mortale. ¶ Aut ɔtigit i lacertis intrinsecis epigloti q aerē frāgūt vt in pāniculo vestiente ⁊ sensui non appet. qꝫ si appet illud est modicū facta forti cōpressione ligue: ⁊ ē ceteris deterius ⁊ simplr mortale. Et in his duob⁹ vltimis nō appet tumor exteri⁹ neqꝫ interi⁹. naꝫ mā ē occulta in vijs intrinsecis anhelitus. ¶ Et fm hāc diuisionem qdā q̄tuor spēs pnūciāt scribētes pmā spēꝫ p sqnātiā. Scdāꝫ p synātiā. Tertiā p qnātiā. Quartā p chināciam. sed de talibus nō est curādū eo qꝫ nouū studiū ē rerꝫ negligentia q̄rto affo. cōmē. 33. Gal. vo ɔsilr eodē cōmēto q̄tuor pnunciauit spēs. ⁊ tu ibi. Aduerte tñ qꝫ mūdinus apa ɔtigēs in faucib⁹ ⁊ locis glādulosis dicit eē ō scōa spē squināntie. ⁊ vr̄ seq ex dictis. Pōt ⁊ tale apa quoqꝫ occupare plura loca. ⁊ pp hoc nō dꝫ in spēb⁹ multiplicari. Dicit cuius cā. nam a mā sanguinea pōt frequētius ɔtigere de quo videbit in dubijs. Silr a colerica. Itē a melica fieri pōt licꝫ aliq enunciauerūt ipam a mā melica fieri nō posse. de q̄ in dubijs ⁊ cū ipso signa annotabis humorꝫ. de qb⁹ in pri⁹ tractatus pmi. Dr̄ mā flatica. qm̄ indifferenter a flate viscoso ⁊ subtili acuto gn̄ari pōt tale apa. Dr̄ a capite. vn̄ Aui. Et cū hꝫ flegma dscēdit a capite. ⁊ ipa qdē nō descēdit a capite nisi fm plurimū rei. ¶ Et ex quinantijs reperit vna quā Aui. vocat caninā. ⁊ est illa i qua necessario os assidue cū proiectione lingue tenetur apertum ⁊ est prefocatiua mala. ⁊ quoqꝫ interficit inter pmam diē ⁊ quartam.

¶ Permutat aūt quoqꝫ ad pulmonē ⁊ cāt peripleumoniam ⁊ hꝫ. quoqꝫ ad ptē cordis ⁊ interficit. Quoqꝫ ad stōm ⁊ causat vomitum ⁊ hꝫ. Quoqꝫ vo insensibilr resoluit: qꝛ mā est pauca subtilis. aut facta flōmia cū aliquo gargarismate pticulari curat patiēs: aut aliqn̄ aliter euāta mā vtus resoluit id qd̄ remansit. quoqꝫ vo ad saniē venit. ⁊ hoc qn̄ mā est grossa ⁊ multa ⁊ nō pōt curari infra q̄tuor dies. imo quoqꝫ ɔplongat ei⁹ cura. 40. diebus. ex qb⁹ pꝫ qꝫ sqnantia tripliciter pōt terminari. ¶ Et dr̄ synātia a sinantis qd̄ ē suffocatio vt garipontus. hꝫ in vulgari nr̄o multa nōia. nā aliqn̄ dr̄ galedelli. aliqn̄ gloton. aliqn̄ dragonçelli. aliqn̄ oriçelli ⁊ cetera q̄ vltramōtanis nō sunt vtilia. ¶ Et multiplicatur in vere hyemali ⁊ in autūno vt in affo. in fine capl̄i. Differt tñ vna ab alia qꝛ vernalis est flegmatica. autūnalis colica ⁊ ois sqinanticus qui morit spasmat in primis.

Cause

Et in sūma sqnātie cā ē triplex. pmitiua. añs ⁊ ɔiuncta. Exēplū pmi vt aer excessiue calidus ⁊ excessiue frigidus humidus. quies multa vociferatio cātus. cibus ac potus vaporosus repletio. retentio superfluitatum. ira. furor. ⁊ hꝫ. ¶ Exēplū scdi vt mala cōplexio humida totius vel particulariū ptiū ēt materialiū ⁊ materiales humores a capite dscēdentes sanguinei colerici ⁊c. Cōpōnalis magnitudo capitis multos recipiens humores ac vapores angustia colli ac viarum eius. vnde cum difficultate transeuntes morā ɔtrahūt ⁊ ibi remanēt ⁊ collectionē faciunt. Cōiuncta est humor infusus in ipsis musculis intrinsecus aut extrīsecus. de quibus actum est. Item ⁊ mala complexio sicca aut humida paraliticans.

Signa

demrātiua ⁊ marie cōia sunt ɔstrictio anhelitus q̄ maior est valde qn̄ est in musculis epigloti ⁊ maxime intrinsecis. nā qn̄ est in musculis meri tūc fit difficilis trāsglutio cibi ⁊ potus ⁊ nō est tanta anhelitus cōstrictio. econtra qn̄ in musculis epigloti. ⁊ aliqn̄ apostēa est tantum. qꝫ facit vtrūqꝫ qꝛ difficultat anhelitus. ⁊ est in transgluttiendo dolor in gula perceptus maior aut minor fm humoris malitiam, amplificatio lingue ⁊ color dinis declinans aut ad rubeum vel ad citrinuꝫ vel ad albū vel ex his mixtum. tumor perceptus ex inspectione i gutture depressa lingua maxime quando est in musculis extrinsecis epigloti. nam quando est in intrinsecis nō videtur tumor aut si videtur paruus est.

¶ Signa autem quando apa est intus latens fortis anhelitus cōstrictio. ⁊ qn̄ bibit pot⁹ regurgitat ad nares. ⁊ oculi sunt rubei. lingua rigida. collum rigidum. vox est catulina. qn̄ vero est extra apparet tumor aperto ore in gutture ⁊ aliqn̄ ad extra circa collum vel gulam.

¶ Signa si fuerit ex sanguie tūc adest rubedo ligue. faciei. venarꝫ. oculorꝫ. sapor dulcis. dolor satis intēsus ⁊ intēsum ⁊ cōstrictio notabilis. ⁊ qn̄ tale apa facit difficultatem degluttiendi magis q̄ꝫ anhelandi. tunc declinat ad viaꝫ cibi. Qū vero magis difficultat anhelitum q̄ꝫ deglutionē: tūc magis declinat ad cānam pulmonis. ⁊ tunc his signis adde reliq̄ sanguinis signa vt regimē. ɔplonē. hitudinē. ⁊ vtplurimū cum tali apate venit febris.

¶ Colerici signa sunt pūctura. mordicatio. sitis. dolor acutus. inflāmatio febris. color loci ⁊ faciei declinans ad rubeum cum citrinitate. saliua amara. habitudo corporis ɔplo. regimen ⁊ hꝫ vigilie ⁊ cōstrictio minor q̄ꝫ i sanguineo: ⁊ dolor est minor extensiue q̄ꝫ in sanguineo.

¶ Flatici aūt signa. albedo loci ⁊ lingue: sapor batrachin⁹ cū aliq̄li caliditate ⁊ viscositate: paucitas sitis: remissio doloris siue dolor puus: ⁊ nō est cū eo fe. fm plurimū: ⁊ ɔlōgatio eius tūc certificat: ⁊ quoqꝫ durat vsqꝫ ad. xl. dies. ɔplo habitudo: regimen: multitudo saliue: raucedo vocis ⁊ est transgluttitio difficilis aut anhelatio.

¶ Melici aūt signa sunt duricies: sapor acetosus aut ponticus: ⁊ accidit pauli ati liuiditas loci: paruitas afflictionis ɔplo: hitudo: regimē: ⁊ qd̄ pcessit egritudo melācolica.

¶ Signa autem causarum extrinsecarū nota sunt iudicio infirmi vel astantium.

Pronostica.

Magis salua est illa i q̄ anhelit⁹ nō multū stringit siue si ē multū difficil. ¶ Que āt ē ex remotiōe spōdiliū vl ligamētorꝫ corꝫ quibus colligātiā hꝫ cāna est magis tioris. ¶ Que ē ex remotiōne scōe spōdilis: aut que ē supra ipam: ⁊ ē deterior. q̄ vo ē ex ea q̄ ē sub ipsa ē magis salua. ¶ Ista sūt signa mala ⁊ pnecabilia. Squinantia veniens in fe. continua in die cretica. Itē cūꝫ accidit sincopis in ea oregmon difficultas trāsglutiēdi: ita qꝫ potus relinquat ⁊ per nares emittit vox catulina. ita qꝫ videat loqui cū naribus. spuma in ore hec cum apparent nō est spes. Auic. Emissio lingue: frequens motus: color niger ⁊ liuidus in lingua apparēs in oculis ⁊ labijs. Frigiditas extremitatū: ɔctio colli: ⁊ qꝫ nō possit iacere super dorsum ⁊ pcipue qn̄ est in vijs anhelit⁹. ¶ Et ad cognoscēdū mala tria sunt signa. Primū qꝫ de hora i horā patiēs sentit in anhelitu se difficultari. ¶ 2ᵐ qꝫ qn̄ respirat ɔhibet anhelitū oino. 3ᵐ qꝫ q̄si ɔtinue ingeniat ad extendēdū collū vt hēat anhelitū liberum. ¶ Sqnātia canina nō curat ⁊ raro peruenit ad q̄rtum. ¶ In signis mortis festine ipo. sigs pfocationē patit: ⁊ alterat color postremi colli eius rubedie ɔuersa ad albedinē: vel ad viriditatē: ⁊ sudant ascelle ⁊ inguina sudore fetido. tūc morit in vno duorꝫ dierꝫ. ¶ Ista sunt signa salutis ⁊ spei. qes: sōn⁹: alleuiatio doloris: bonitas anhelit⁹: facultas trāsgluttiēdi. Remissio fe. si q̄ erat: ⁊ qꝫ trāsacta q̄rta die sentit leuitatē gutturis: ⁊ est casus Gal. 4. de interioribus. in fi. ⁊ Apꝫ. 10. pbleu. 9. Uisus ē itaqꝫ lapis sub lingua in tāto spacio ad q̄titatē fabe genit⁹. ⁊ gētilis recitat se vidisse mulierē pfocatā: ita vt oēs extiaret eā mortuā: tādē expuit frustū solidū globosū fere vt lapis ad q̄titatē dactuli: ⁊ sanata est.

Cura.

Canones. Ordinatio diete. Euacuatio. Diuersio. Prohibitio fluxus materie. Administratio

particulariū in diuersis tꝑibus morbi correctio accītiuꝫ.
¶ Primus q̄dē cōpleꝭ cū subtiliatione cibi ꝓcedēdo grada
tim ad grossitiem. est. n. frequenter morbꝰ acutꝰ ⁊ sunt ad
ministrata ꝯria cāe. sitqꝫ potꝰ aq̈ çuccarata vel idromel vł
oxiçachara cum aq̈ ḃm cām. ¶ Somnus vō est eis mole
stus ⁊ maxime nocturnus ⁊ factus imediate post cibum. ⁊
cū dormiūt excitentꝭ sepe. ¶ In aere teneāꝭ tēperato. sicqꝫ
suo mō cōmensurentꝭ cetere res non nāles.
¶ Scōo vō pꝼicꝭ in calida sanguinea cū extractione sangui
nis p flōmiā vel p vētosas vt vtus ⁊ cetera cōsentiunt. Naꝫ
vbi est solum pctm̄ sanguis fiat extractio sanguis copiose
vel pauca ꝫꝫ ꝙ adest sanguis multitudo vel paucitas. for
titudo vel debilitas ⁊c̄. ⁊ tua īterest hec mensurare. ⁊ ex q̄
parte an ex opposita dolori vel ex eadē dicetꝭ i dubijs. Sci
to tm̄ ꝙ dꝫ fieri ex cephalica nec ē tardādū i ea fiēda. Item
festina vt eodē die fiat flōmia venaꝝ sub lingua ⁊ ꝑcipue
qn̄ appet in eis plenitudo vt p octo horas vel circa. pꝫ. Vn̄
alexander. ⁊ post incide venas sub lingua neqꝫ in crastinū
ſꝫ ipā die fac ⁊ ħ expietīa ondit. Et sivr̄ multiplicetꝭ flōmia
qm̄ in casu nō ē medicia ei par. vn̄ i forti fiat vsqꝫ ad sinco
pim. Sed nota ꝙ sincopis ē ħ loco multū ꝯsideranda. qm̄
vr̄ addere in difficultatē anhelitus pp debilitatē ꝟtutis. ⁊
iō ꝯsiderādū ē multū i faciēdo flōmiā i his q ex ipā flōmia
cadūt in sincopim. ꝯsidera. ¶ Et ꝯsilr festinetꝭ vbi flōmia
fieri nō posset ad ponēdū vētosas in spatulꝭ cū reiteratione
⁊ scarificatione ⁊ vētosatiōe cruriū sūt iuuātes valde Aui.
¶ Q. si cū sanguine fuerit admixtio cole vel flatis subito
dentꝭ eūantia colerā vel fl̄a ⁊ mundificātia sanguinē ab eis
vt de squina sanguinea. ita tñ ꝙ ēt alterātia vt in colico cū aq̈
fructuū in flatico cū iera ⁊ filibus. Postea vō i die sequen
ti fiat flōmia vt videbitꝭ expedire mō. vt. s̄. ⁊ post dētꝭ eūati
ua vt in colico cū succo solatri ⁊ hꝫ. ¶ In flatico pillulas
cochias ⁊ hꝫ. ⁊ ħ itellige vbi egritudo tolerat. ꝙ si videri
mus furiositatē pus icipe cū flōmia. ⁊ ꝓcede cum diuersi
tatis ⁊ sequere cū solutiuis. ¶ Itē ꝓcedaꝭ ad enemata ⁊ co
liria leuia si fe. adest. ⁊ si nō administrētꝭ fortia. sunt. n. iuua
mēti sublimis. fortiora tñ scito in flatico. Auic. vō laudat
ea in pn̄° fieri. ingt. Ex eis q̄dē q̄ sūt vehemētis iuuaminis.
est intētio administratiōis clisterioꝝ fortiū valde nisi se. pro
hibeat. tūc. n. opꝫ vt sit ꝯtētꝰ clisteribꝰ leuibꝰ ⁊ ꝓ his recur
re ad ea que dcā sunt in dubijs de apoplexia. Vtꝝ aūt mā
existe flatica vel colica nō admixta sāguini ꝯpetat flōmia
dicetꝭ in dubijs. ¶ Sꝫ ħ aduertēdū ꝙ qn̄ ē in toto sp debꝫ
fieri flōmia si cetera cōsentiūt. ⁊ qō dcm̄ ē de flōmia maxie
est intelligendum in pn̄° eiꝰ. nā in alijs tꝑibus eius spālr in
augmēto ⁊ statu pōt fieri: dū mō videaꝭ necītas magna ⁊
ꝟtus apta sit sustinere. ¶ Cognoscuntꝭ tpa squinantie qn̄
qꝫ ex mō deglutionis ex pte. s. facilitatis ⁊ difficultatis eius
nam in pn̄° difficultaꝭ. in augmēto crescit difficultas. in sta
tu vō vltimaꝭ. in declinatione minuitꝭ. Et iuxta hec scito ꝙ
qn̄ difficultas est maior ꝓportionabilr in deglutiēdo q̄ꝫ in
anhelando: tunc squinantia magis est in via cibi: qn̄ vō eꝫ
maior est in via anhelitus. qn̄ vō equaꝭ eq̄liter. ¶ Si vero
mā fuerit colica vel flatica vel melica festina ad eūandum
cū eūatiuis approbatis vt. s̄. q̄rto tractatu. ⁊ cū clisteribus
fortibus vt in apoplexia. vel leuibꝰ vt videbitꝭ expedire iuxt̄
posita. frequēter. n. egritudo ista ē acuta rōe q̄ntitatis māe
⁊ accītiui. quare opꝫ accelerare medicū in eūando iuxta il
lud Senis. Digesta medicari ⁊ mouere non cruda ⁊c̄. Vn̄
pro his oībus recurre ad ea que dicta sunt de squina. ibi eniꝫ
posita sunt clisteria ⁊ alia eūatiua ꝓposito isto vtillima.
¶ Tertiꝰ impleaꝭ cū diuersiuis cū fricatione fcā cum digitꝭ
aut ligno rotūdo sup focilia brachiorum vt cōiter fit. vł cū
alijs de qbus in de squina flatica colerica ⁊c̄. ⁊ ēt dcm̄ est de
apople. vt infra de apātibꝰ amigdaꝭ. guttiris. ꝓ quibꝰ re
curreīs. ¶ Sed hic nota ꝙ precipuuꝫ remedium i diuer
ſo loco est appō vētose vt ꝑ ponaꝭ sup çuedenigi. ⁊ est locus
capitis ad quē puenit digitꝰ mediꝰ cum ponitꝭ extremitas
manus sup summitatē nasi ⁊ ē iuuamēti magni. Itē scōo
positio ventose sup locū apud scōam spōdilē ⁊ ē sublimis.
elargat. n. viā anhelitꝰ ⁊ cibi: q̄ppropter oꝫ vt sepe ac sepe ite
retur ⁊ ꝑcipue tpe exhibitionis cibi. de qua expientiam ha
bui in quadā vetula. ⁊ sit ventosa magna capiens magnū
spaciū: vnde ⁊ ponitꝭ sup nucā ⁊ multū cōfert. confert etiaꝫ
eius positio sub mento sub maxillis sub mamillis cuꝫ inci
sione. faciunt etenim diuersionē facilem. Sed vtrum istud
debeat fieri in principio dicetur in dubijs. Item ⁊ in hoc ca
su confert impositio seu distillatio oleorum in aurem que
sequitur dolorem ⁊ oleum ro. amigdalarū dulcium. vt su
pra dictum est de dolore capi. ⁊ tu ibi.
¶ Prohibentia autem fluxum materie require supra de ca
tarro vbi habentur indifferenter respectu cuiuscunqꝫ ma
terie. que sunt sistentia ingrossantia ⁊c̄: sed pur dicētur ali
qua in particulari statim.

Ueniens ad particularium administrationem cuꝫ
hec egritudo sit piculosa ⁊ vt frequēter
eueniens multū studebo in eis copiosa ⁊ pticulari declara
tione. Vn̄ inchoans de sanguinea ꝓcedam pticulariter ꝫꝫ
tpa eius vniuersalia. quodqꝫ de alijs agetꝭ.
¶ In pn̄° itaqꝫ sanguinee facta eūone per flōmiā pus ⁊ far
maciā leuē. Scōo vt supra administrētꝭ repcussiua de q̄ in
dubijs ex aqua ⁊ aceto: vel ex succo: vel vino granato: vim
acetosoꝝ vel dulciū: aut succo solatri cuꝫ semie ro. ⁊ est mi
rabile: aut succo citonioꝝ: sorbaꝝ: nespiloꝝ ꝯtritoꝝ cū os
sibus suis. aut decoctio i agresto facta ex balaustijs gallis
seie ro. vel agreste ipm̄ cū succis ꝑdictorū. Itē dyamoron:
oxiçachara cuꝫ aq̈ cisterne vel calibeata: ⁊ ista si repciant
cōueniētius operantꝭ. Et dictum est facta eūone: qm̄ añ eā
administratio stipticātiū est suspecta: q̄ꝛ posset esse cā colle
ctionis multe māe: que si postea cū tanta quātitate subito
interficeret statim. ⁊ ꝓ isto vide q̄ scripta sunt. s̄. rubrica de
catarro. ¶ In augmēto vō fiat mixtio resolutiuoꝝ cum
repcussiuis vincētibus repcussiuis ⁊ stipticis: vt vbi gr̄a. ℞.
mellis ro. ℥. i. succi solatri. ℥. i. ſ. aque ro. ℥. i. misce ⁊ fiat gar
garisma. Itē si vis minus stipticū pone mel simplex. Item
valet in hoc casu lac caprinū gargariçatū: ⁊ est vsuale: nā
vltra has intētiones est doloris mitigatiuū. Iteꝫ ex pulpa
cassie cū lacte fiat gargarisma. Itē pulpa cassie cū succo so
latri ⁊ ē ꝯueniēs: ⁊ fac semꝑ vt stiptica vincāt: vn̄ q̄dā ma
xime ꝯmēdat succū solatri cū aq̈ feniculi ⁊ pauco çuccha
ro. Itē valet dyamoron cū decoctione ficuū ⁊ dactilorum.
Item decoctio ex passulis. ligritia cū vino granatoꝝ ⁊ seie
ro. ⁊ ꝯsilr cū diuersis diuersimode ꝯpone pur ꝙ stiptica vi
cant. ¶ In statu vero hec adinuicem cōponantꝭ: ita vt ad
equalitatē eueniāt. Et lꝫ sciaꝫ te facilr ex datis scire opari.
tñ vt sis copiosior ponā exēpla. Verbi gr̄a. ℞. mellis ro. co
lati. ℥. i synapis vel piretri vel cynamomi. ℈. i. aque solatri.
℥. iij. misce. ¶ Vel. ℞. decoctionis ficuū dactiloꝝ. ℥. iiij. vi
ni granatoꝝ acetosoꝝ. ℥. iij. misce. Itē oximel simplex faci
endo gargarisma ex his. Laudaꝭ maxime lac caninū cuꝫ
stercore canis albo ⁊ melle. Itē vsus stercoris hūiꝰ a multꝭ
pmaxime ad intra cōmēdaꝭ: qō ego non multū laudo ꝓ
pter eius abhominationē. res tñ in se est multi iuuamenti:
que secrete ēt nescientibus amicis cuꝫ datur dari dꝫ. Item
aqua mellis ro. cuꝫ pauco piretri ⁊ cynamomi. ¶ In fine
aūt status medicamine vtaꝭ aggregāte in se maturationē
lenificationem ⁊ resolutionem: sicut verbi gr̄a. decoctio fi
cuū cū modico salis: vel decoctio passulaꝝ: liquiritie ⁊ mo
dico aluminis çuccharini. Item decoctio ficuū dactiloꝝ
cū modico piretri. Item decoctio seminuꝫ citoniorū altee.
Item valet maxime lac caprinū cū mulgetꝭ: aut tepefactū.
¶ Si vero apostema fuerit resolutū aut permutatū bene

est. Si vero ad sanatione͂ aduentu͂ sit. tu͂c studendum est ad eius aptione͂ aut cu͂ medicamine vel cu͂ aptione manuali. Cu͂ medicamis vt cu͂ his que aggrega͂t has duas intentio͂es que sunt apertio ⁊ lenificatio. vnde apertiua commeda͂ta sunt hec. Sal armoniacum. baurac. assa fetida radix lilij. baurach. stercus irundinu͂ ster. us canis rode͂tis ossa. stercus infantis pasti ex lupi ne. cinis pullo͝ꝝ irundinu͂ vsto͝ꝝ ⁊ q̄lr vrant͂ vide Mes. ꝓprio cap. Stercus lupi. cinamomum. me͂tastrum. Sa͂l succus me͂ta alume͂. sinsibru͂ costus ⁊ ꝓpe marinus cui h in loco inest ꝓprietas. ❡ Lenitiua vero que misceri h͂nt cum his co͂mendata vt ambe p̄ficiantur inte͂tiones sunt: lac caprinu͂ succus caulu͂. decoctio ficuu͂. decoctio frume͂ti. Ex his itaq̄ꝫ vel si͂libus fiat compo͂ vt misceat͂ stercus iru͂dinu͂ cu͂ lacte vel decoctio ficuum cu͂ assa fetida vel baurach ⁊c͂. fiat gargarisma ⁊ frequenter in die gargariçet͂. Q͂ si no͂ apiat͂ recurrat͂ ad opationem manuale͂. ⁊ sunt ex hoi͂bus q̄ iponunt digitu͂ i guttur. ⁊ deinde cu͂ vngue scidu͂t ⁊ apiu͂t. Mulieres au͂t marie i italia ha͂c opatione͂ faciu͂t ⁊ spa͂liter in ferraria. Cu͂q̄ꝫ fuerit apertu͂ fiat mu͂dificatio ⁊ absterssio. deide ꝯsolidatio vt de vlceribus gingiua͝ꝝ dictu͂ est. ⁊ tu ibi. ❡ Et hic nota e͂t ꝓ dice͂dis q̄ꝫ sic oportet componere medicamina s͂m posse virtutis co͂plonis etatis ⁊c͂. na͂ fortio͝rbus fortiora. debilibꝰ vero debiliora competunt medicamina. vt Alexander. Q͂ e͂t expressit Aui. nona tertij. cap. de sermone vniuersali cura͝ꝝ apa͂tuꝫ in parte gutturis accidentium dum inquit. Et similiter obseruetur etas complexio tempus ⁊ consuetudo.

❡ In colerica vero fiat eu͂o cum farmacia aut clisteri. deinde fiat flo͂mia diuersiua cu͂ non peccet sanguis de cephalica sup manum. Tu t͂n nota vt. s͂. de sanguinea q̄ꝫ si egritudo videbat͂ molesta͂s mitti in p͂ncipio icipe debes a flo͂mia seque͂do cu͂ diuersiuis. deinde sequenti die da farmaciu͂ aut vtere clisteri. fia͂tq̄ꝫ diuersiones vt. s͂. de squi͂a colerica. vbi ꝓ euacuatione fienda ⁊ ꝓ diuersione recurras. item fiat prohibitio fluxus ma͂e. vt supra de catarro acuto. ❡ Particulariter v͂o procedens in principio administrent͂ repcussiua vt. s͂. de sanguinea. Sed nota q̄ꝫ talia debent e͂e infrida͂tia. vn͂ ꝯferu͂t in p͂n͂ succus solatri. succus ro. sandali camphora. mucilago psilij. balaustie ⁊ h͂. que sunt frigida in secu͂do versus tertium cu͂ stipticitate q̄ requires q̄rto tractatu.

❡ Ex q͂bꝰ co͂pone gargarismata. insufflationes puluerꝫ pillule vl͂ loch ⁊ h͂. q̄ rete͂ta in ore ꝓhibe͂t ma͂m fluere. vn͂ retె͂tio diadraganti ꝯtinue in ore ⁊ silium e͂ in hac ⁊ in sanguinea ⁊ in ea q̄ ex flate e͂ falso multu͂ ꝯueniె͂s. Laudatur au͂t vehe͂me͂ter rob. vel sirupꝰ de papauere bibitu͂ aut diacodion. ite͂ lac papaueris cu͂ aq̄ ro. ite͂ succus solatri depuratus bibitꝰ mane ⁊ sero s͂m me͂sura͂ dua͝ꝝ testa͝ꝝ oui aut triti. vel mucilago psilij cu͂ grano vno ca͂phore. ❡ In augmento v͂o ꝓcedat͂ cu͂ ꝑmixtione repcussiuo͝ꝝ cum resolutiuis. ⁊ sint repercussiua magis vincentia q̄ꝫ in ea que de sa͂guinea. ⁊ illis eisdem resolutiuis vtere. de quibus etiam aliquid in ea que d͂ flegmatica. ❡ In statu au͂t in p͂ncipio aliqualiter vincant resolutiua. in fine vero vinca͂t resolutiua ⁊ multum ⁊ tu ex datis ꝯpone exempla.

❡ In flatica v͂o in p͂n͂ fiat ꝯsil͂r eu͂o cu͂ farmacia aut clisteri vt docet͂ de squi͂a flatica: deinde fiat flo͂mia diuersiua vt altera die aut applicatio ve͂tosa͝ꝝ. vt. s͂. ⁊ extractio sanguis maior q̄ꝫ in colica ali͂s pibꝰ. q͂ in casibus talibus minꝰ veret͂ hu͂o͝ꝝ incrudatio q̄ꝫ eo͝ꝝ ebullitio. ⁊ aduerte q͂d dc͂m͂ e͂ de flo͂mia i de sanguinea ⁊ colica. q͂n. s͂. d͂ꝫ p̄cedere farmacia͂ aut ex͂. de q̄ in dubijs. fia͂tq̄ꝫ diuersio͂es vt. s͂. de squi͂a flatica. ꝓhibitionesq̄ꝫ de fluxu ma͂e vt de catarro non acuto.

❡ Et p͂ticulariter vt. s͂. ꝓcedens in p͂n͂ vtendo repercussiuis. ⁊ laudat͂ acetu͂ cu͂ aqua ro. sirupus acetositatis simplex ⁊ p̄cipue q͂n͂ ma͂ est grossa viscosa. q͂n v͂o no͂ e͂ talis dyamoro͂ ⁊ h͂ q̄ su͂t stiptica ⁊ no͂ icisiua su͂t ꝯuenie͂tiora. ꝯsidera. oximel simplex cu͂ aq̄ ⁊ aceto. vn͂ Aui. Et ex eis e͂ gargarismꝰ factꝰ ex oximelle ⁊ aq̄ ⁊ aceto. s͂pc. n. e͂ maximi iuuamenti. in initio cal͂e ⁊ fri. Ite͂ marie ꝯme͂dat͂ lac ⁊ oi͂ tpe ⁊ in oi͂ ca͂. ite͂ rob moro͝ꝝ. ite͂ dyamoron cum aqua ⁊ aceto. Laudat͂ marie succus mori recె͂tu͂ in p͂n͂ ab auctoribus q̄ no͂ vtor pp͂ ip͂m e͂e͂ gustui abhominabile. vide ip͂m i Mes. n. distinctione antidotarij. Valet ⁊ succus ro. ite͂ alume͂ iameni. ⁊ h͂ꝫ ꝓprieta͂te͂ i h. ❡ In augme͂to v͂o fiat vt. s͂. mixtio stipticoru͂ cu͂ resolutiuis vince͂tibꝰ stipticis. ❡ In statu v͂o sint eq̄ pote͂tia. ❡ In d͂clinatio͂e v͂o vica͂t resolutiua q̄ su͂t hec mel. crocus. myrra. piper. cinamomu͂. piretru͂. cassia. fistula. sicꝰ feniculus. sinapis. raffanus. baurach. sal armoniacu͂. calamentu͂. stercus irundinis ⁊ terra ex q̄ faciunt niduꝫ. ireos. stercus canis. stercus i͂fantis cubebe. ameos. sq̄nātu͂. alumen iameni. aristologia. costus spica. foliu͂ vini absinthiu͂ assa. ꝯfectio de musco Aui. ꝑ tractatu. q͂rti. ꝑ sapius sicca.

❡ In melica v͂o procedat͂ vt dc͂m͂ est de flegmatica ita t͂n q̄ꝫ minus sicca sint ea que in melica: ⁊ h ad ḡnalia ⁊ p̄ticularia: ⁊ p̄cipue respectu co͝ꝝ q̄ ad intra sumu͂t͂ ex medicinis. ❡ Ad ex͂ v͂o applicent͂ emplastra: vnctiones ⁊ h͂ h͂ntes v͂tute͂ attrahendi ⁊ resoluendi q̄ in sua opatione te͂perent͂ s͂ꝫ diuersitate͂ tp͂is: q͂n͂ in p͂n͂ vere͂da sunt: s͂ꝫ in statu ⁊ declinatione securiꝰ admistrent͂. In statu q͂de͂ non multu͂ resolue͂tia: sed modicu͂ a tp͂ame͂to. dista͂tia t͂n v͂ius calitate͂ in declinatione vere sint resolue͂tia multo plus. vnde potes ex his co͂ponere. Unde in statu ꝯpetit lana infusa in oleo camomillino ⁊ collo applicata. Ite͂ stupa i͂fusa i vria pueri ⁊ sub cinere calo calefacta: ⁊ pa͂no inuoluta collo apposita. Item co͂me͂dat͂ empl͂m factu͂ ex melle: stercore infantis vel canis vel iru͂dis ⁊ h͂. Et ista fetida abijcio: ⁊ h͂u͂anum stercꝰ spa͂liter. Ite͂ laudat͂ ⁊ p̄cipue in declinatione lana cu͂ isopo humida inu͂ctio ex oleis calidis resolutis: vt oleu͂ lilio͝ꝝ: anetini cu͂ pinguedinibꝰ: ⁊ empla resolutiua. Et nota q̄ꝫ nu͂q̄ꝫ ad ex͂ debent repcussiua collo applicari. Item valet emplastrum ex dyaltea q̄rta. i. ⁊ mucilagine semis lini: fenugreci. an͂. ʒ. i. medulle: cassie fistule: butyri rece͂tis sine sale. an͂. ℥. s. oleum amigdala͝ꝝ dulciuꝫ. ʒ. ij. est maturatiui. ❡ Cu͂ a͂t no͂ succedit cura cu͂ his medicaminibus ⁊ res est posita q̄si in disperatione ꝓcedu͂t artifices manuales duobus varijs modis. ❡ Primus que͂ ta͂git Aui. 9. tertij. de cura eius iq̄t Et q͂n͂q̄ꝫ intromittit in guttur eiꝰ ca͂nula facta de auro vel de arge͂to vel si͂libus q͂bus adiuuat͂ ad inspira͂du͂. ❡ Secu͂dus modus est q͂n͂ fit subscanatio ad ex͂: ⁊ modus tanget͂ in dubijs recurre ibi. ⁊ est e͂t modus tactus ab Aui. loco allegato. Plurima medicamenta ponuntur ab Aui. sed domesticiora narraui: ⁊ in eis no͂ multiplicaui: q͂n͂ multa dicent͂ de a͂patibus amigdala͝ꝝ gutturis que e͂t huic loco sunt afferenda: vt sunt puluere͝ꝝ insufflatio͂es ⁊ h͂. ⁊ io͂ studio aggrega has rubricas duas. ❡ Nolo t͂n p̄terire tertiu͂ modu͂ ⁊ est vt liget͂ modicu͂ spo͂gie cum filo forti: ⁊ linat͂ melle: ⁊ transglutiat͂ si possibile est vel quoda͂mo͂ ꝑ vi ipellat͂. deide extrahat͂ rupit a͂pa: vt p͂ꝫ. ❡ Ite͂ postremo laudat͂ mirabiliter filum intinctum cu͂ sanguine muris: aut murice marino cu͂ quo stra͂gulet͂ serpe͂s: ⁊ deinde circu͂det͂ collu͂ squina͂tici. vn͂ Aui. illud eni͂ confert iuuamentu͂ mirabile bonu͂ ꝑ transitu͂s qua͂titate͂ eius q͂d timet͂. Ite͂ marie laudat͂ empl͂ꝫ de lu͂bricis terrestribus co͂tusis. item de scabiosa.

Ultimus ꝯplet͂ cu͂ seda͂tibus dolore͂: vt e͂ sirupus de papauere: syru. vio. ⁊ ea clausuraꝫ gutturis elarga͂t: de q͂bꝰ dc͂m͂ est l. 3. canone. ⁊ tu ibi planu͂ habes.

❡ De egritudinibus vuce ⁊ apostematibus amigdalarum gutturis. Rubrica. vꝫ



Uid nam sit vua q͂d amigdale dc͂m͂ e͂ i p͂n͂ capl͂i. Uuula q͂deꝫ patit͂ casu͂ a͂pa ⁊ vulnꝰ. in cura q͂de͂ casus aperiet cura ois male co͂plexionis ⁊ cu͂ ma͂ ⁊ sine

¶ Casus itaqz vue nõ est nisi q̃dã eius elongatio ⁊ i extre mitate eiꝰ igrossatio q̃ ipedit actꝰ ẽglutõis ⁊ trãspiratiõis. Ex mã a capite ad ipaz ꝑfluẽte ɔtigẽs: q̃ fʒ plin ẽ mã flati ca vt dicebat de sqnãtia: qđ disputabit in dubijs: sed color manifestat cũ calitate ac dolore pceptꝰ cũ in sãguinea rubedo calitas maior dolor ⁊c. vt sepe dcm̃ ẽ in ɔpatiõe ad hec vel silia in flate: qđ suo mõ de melica ⁊ colica dõm est.

Signa ɔmratiua ex pte male ɔplonis mãlis ⁊ inmã lis sumant ex habitis i pcedẽti rubrica. qđqz de cãis intellige: qm̃ cãe vtrobiqz sunt eedem vel silẽs.

Pronostica timendũ ẽ vuulã incidẽ. nã ad eius incisionem sequũt nocumẽta plã. ẽ gbꝰ in de cura casus eiꝰ flati. Est nãqz eiꝰ casus q̃nqz cũ fe. q̃nqz sine fe. Et fm plin casus ex cã ca. est cum fe.

Cura in casu ex mã calida seruent canones. Primus ordinatio diete ex pte sex rez nõ nãliũ vt decli nent ad oppositum cãe ⁊ ꝓ his recurre ad tractatuz q̃rtũ. Scđs est euacuatio. Tertius diuersio. Quartus est admi nistratio particularum in diuersis partibus.

¶ Scđs pficit flẽbo ma marie qñ sentit calitas vehemens ⁊ vr̃ rubedo. fiatqz ex cephalica dextra si aliud non obste terit: vel ex basilica si repletio fuerit te ad h̃ inuitans iuxta canões. ẽ. de soda sanguinea. ⁊ tu ibi. Qꝫ si etas nõ patit re curre ad vẽtosas vt sepe dcm̃ est. Qꝫ si fuerit ex hũore alio a sanguine ɔmixto tñ sanguini flẽbo ma vt dictũ est: deinde euacua cũ solutiuis ⁊ alteratiuis vt dicebat de sqnãtia. ꝓ qbus solutiuis recurre ad ea q̃ de soda iuxta opportunita tem. ¶ Si võ fuerit non admixta sanguini ⁊ egritudo nõ multũ fuerit acuta: sed dans inducias euacua in colica cũ aq̃ fructuũ ⁊ hõ. vt. ẽ. ẽ soda colica q̃ sũt alteratiua ⁊ eua cuantia ⁊ cura dissteribus. ⁊ simili mõ fiat de flegmatica ⁊ melancolica si contingeret: ⁊ tu ibi. ¶ Qꝫ si egritudo fuerit infesta ⁊ timuerimꝰ de eius multitudine ⁊c. credo vtilimã fore flẽbo mam diuersiuam ex cephalica dextra sup manus. vel applicatio vẽtosarũ in spatulis vel naticis.

transgressio hore in qua consuetum est cibari. nam tolerare famem stomacum malis replet humoribus. tertia pmi. de regimine comestionis. ¶ Ultimo nota q aliquando in pncipio mense homo non appetit. et statim assumpto cibo incipit appetere. et hoc qz qualitas actu inuicta in cibo alterat cpleriones destruenté appetitũ. vt si fuit illa complerio calida. et cibi actu frigidi. ¶ Ex quo apparet quare potus aque frigide quandoqz excitat appetitum. ¶ Et similiter quare in febricitantibus redit appetitus ex assumptione panis infusi in aqua frigida. et ecõtra dicendum si mala complerio destruens appetitum fuerit frigida. ad hoc tamen concurrit q in deglutione cibi humiditates os stomaci replentes simul cum cibo deponuntur. ¶ Nota secũdo in pronosticis q quando appetitus conualescentis nõ est bonus et cadit significat recidiuationem: nisi sit pp̃ter paucitatem sanguinis. et debilitatem corporis. Aui. de destructione appetitus circa pncipiuz. ¶ Sed hic nota q cõualescentes possunt habere casum appetitus: aut pp humores corruptos qui remanserunt ex feb. aut propter paucitatem sanguinis in membris. vnde virtutes remanserunt debiles. non potentes attrahere nec resoluentes. et ideo nõ fit appetitus. ¶ Primus casus significat recidiuam. qz que relinquunt in morbis post crisim subuersionem facere cõsueuerunt. Sed secundus non. ¶ Et cognoscitur primus quoniam semper diminuendo procedit. Secũdus vero in augendo quoniam omni die melius appetit. cside ergo illud inquit Aui. qm̃ in pmo cuenit euacuatio in secundo non. ¶ Nota et tertio q casus in egritudinibus cronicis est valde malus et cuenit cum affo. sexto. 7. particule. In egritudine diuturna abstinẽtia maluz. est quidem malum per viam signi. qz multam debilitatem significat. malum per viam cause. qz est causa defectiõis virtutis: cui cibari nõ põt et ex cibo cõfortari. ¶ Nota et q̃rto q cause destructionis appetitus sunt ipse eedem cause debilitatis appetitus. Cũ sunt minores et debiliores. Auic. in fine capituli et destructio appetitus facta a friditate ẽ deterior facta a caliditate eo q frigiditas ẽ actiens et non destruens appetitum.

Signa demonstratiua quando accidunt ex parte eris sciũtur iudicio patientis.

¶ Signa si fuerit a mala cõplrone calida vel frigida comprehendi potest per signa supra de ea dicta. Et similiter si fuerit vitio humoris in stomaco existentis. nam de ipsis supra de mala cplexione stomaci. et tu ibi. Item inuestiga de regimine preterito. et cõsuetudine et huiusmodi. de q̃bus sepe actum et rememoratum est.

¶ Signa si contingit pp paruitatem resolutionis cognoscitur per cutis spissitudinem et per regimen quod precessit. Ex quo multiplicate sunt multe superfluitates. et multiplicata egestio quoniaz mebra non attrahunt. Item qz post exercitium aut euacuationem. Si conualescit appetitus pauca est eius conualescentia.

¶ Signa eius que ẽ ex debilitate oris stomaci sunt nota ex his que dicta sunt in precedenti rubrica.

¶ Signa eius qui ex vlceribus sunt q egredietur in egestione aliquid ex eis. vt paruitas more cibi in stomaco. et reliq̃ que de vlceribus stomaci infra.

¶ Signum si pp impregnationem est impregnatio.

¶ Signa humoris putridi fetor oris in quibusdam horis egestio mala et fetida nausea et huiusmodi.

¶ Signum q fit propter abscisionẽ melãcolie effuse ad os stomaci. qz. s. non transmittitur ad excitandum: est: qz ex assumptione acetosorum excitatur appetitus et facit hoc magis vt si splen est magnificatus retentione melancolie ipsius que transmitti debeat.

¶ Signa quod est pp multitudinem melancolie trãsmisse ad stomacum est sapor acetosus inquietudo vomitus melancolie et declinatio coloris hominis ad nigredinẽ.

¶ Signa q a vermibus sunt signa vermium et q p administrationem aloes. et talium cõualescat appetitus.

¶ Signa q ctingat paucitatem sanguinis tũc illud declarat. qz est cualescens. aut qz magnã habuit e̾uonem.

¶ Signũ q est pp somnum est superfluites eius ita q nõ adest aliqua causarum aliarum.

¶ Signũ q est a mortificatione appetitus est mala cõplerio confirmata. aut eũo plurima: que precessit. et totũ corpus debilitauit. Item vt aliquando appetat aliquem cibũ et cum presentatur nauseat et abhorret illum.

¶ Signum q est propter destructionem sensus oris stomaci est. qz reliqua sana sunt. et tamen hic ex comestione rerũ acutaruz. vt est sinapi dyatrion pipereon. et maxime i ieiuno mordicationem non sentit. Neqz ex assumptione reruz habentium inducere. aut singultum. aut nauseam aliquo modo commouetur.

¶ Signa si ctigat ledi cõitate cerebri cognoscit ex ipsius cerebri nocumẽto pcepto. vt accidit. i. algorantis vt dcm̃ est.

¶ Signa si ẽ ex opilatiõe neruoꝝ reuersiuoꝝ nulla vel q̃si nulla percipit delectatio in cibo aut potu.

¶ Signa si vitio epatis egẽtes liquide albe virides.

Pronostica destructio appetitus. in egritudinibus cronicis est valde suspect⁹ et malus: et maxime in disinteria et lienteria. ¶ Debilitas appetitus: et destructio accñs absqz fe. nõ est piculosa. Q: si fuerit cum fe. et pseuerans piculosa. ¶ Debilitas et corruptio appetitus a frigiditate eueniens valde malũ: qz significat v̾tutis mortificationẽ. ¶ Q si appetitus cadit in cualescẽte. recidiuationẽ sigñat. et de ipso dictũ est in de causis.

Cura. Canones et ante canonũ positionem numerabũtur calida et frigida appetitũ excitantia. ¶ Calida sunt alleũ: absinthiũ: de quo Aui. 2. canone. reducit appetitũ: et est medicina mirabilis ad illõ cui bibunt decoctionis ipsius: aut succi ipsius decem diebus: q̃qz die tres nulusat. Anisum. Aromaticuz rosatum descriptione grabriel. Bulbus. Calamẽtũ. Capparis: et spãlr codix. Cepe. Cardamomum. Cinamomum. Dyacitoniten cum speciebus. Mastix. Melissa. Metridatum. Oliue salite. Piper. Porrum. Raphanus. Ruta. Sal. Sirupus de absinthio. Tyriaca. Trocisci de absinthio. Uinum. Zedoaria. ¶ Frigida sunt. Acetum. Aqua frigida quantitate qua nõ superet calorem et extinguat innatũ: qz moderate sumpta. Acetuz squilliticũ. Citoniũ. Crisolõa. Granata acria. Lac. Lactuca. Morum. Persica. Pisces: spãliter saliti. Poma. Pira. Ribes. Rosa. ¶ Et ex debilitãtibus et deijcientibus appetitum sunt. cerebra aialium: Cucurbita. Crocus. Ficus. Lacticinia. cfilia. Medulla aialiũ. Portulaca. Pruna. Zuccarum rosatũ. ¶ Canones in ea nota que fit a mala cplone calida seruẽtur canones dicti supra de mala cplone calida stomachi: quibus adduntur hi.

¶ Primus q in ordinando dietam csideret multum hora Nã qz ex tolerantia famis inflammatio sequit: hinc dent cibaria frigida in pauca q̃ntitate: et sepe attento semper tenore virtutis et posse eius in digerendo.

¶ Secundus q cũz appetitus sedes sit in ore stomachi: vt dcm̃ est in pri⁹ rubrice huius. hinc debemus remedia applicare ori stomachi. ¶ Ex quo infert q deglutitio paulatina et frequentata rei conuenientis est ex melioribus applicationibus remediorum in hac dispositione fieri possibiliũ patet correlarium intelligenti.

¶ Tertius q si occurret accidens aliqđ vt est debilitas syncopis: et siĩa recurras ad capitula pp̃a taliũ accñtium.

¶ Laudat h ab Auiẽ. dyacitoniten electuarium de pomis. Itẽ pot⁹ aque frigide moderate sumpte: de quo paulo ante: et hoc fm canonez ex correlario suptũ. Sed hic csidera

virtutis tenore: q̄m si esset ꝯualescēs ex feb. aut aliter vtus debilitata. tunc aqua frigida extingueret virtutem stōi nā lē: quare nō ea vtendū est eo casu. ¶ Laudaꝛ aqua granatorum ab Aui. sił succus eius. Itē. ℞. succi expressi de granis ⁊ corticibus similiter granati pteꝫ.i. succi menthe p.v. bulliant adinuicem lento igne ⁊ leui ebullitione. ⁊ de isto detur patienti ieiuno stōaco mane ⁊ sero vnū coclear: ⁊ si addaꝛ çuccarum ro: q̄̄tītas decens. vt sit stomaco magis gratum melius. ¶ Pro his vō oībus aliīs q̄ ad extra applicari debent recurre de mala complexione calida stomachi vt dictum est ⁊ hoc scriptum. est vbi erit mala ꝯplexio calida stomaci absqꝫ mā. ¶ Q̄. si fuerit cuꝫ mā attende canones allegato loco positos de digōne ⁊ eūone. ⁊ tu ibi. ¶ Sꝫ h̄ nota ꝙ scamonea inimica est stomaco. Aui. in hoc capitulo. Aui. tamen eam cōcedit ⁊ aliq̄. sed hoc apposui vt vites eam vt possibile est in passionibus stōi. nam māe in stomaco contente sunt magis ⁊ facilius apte duci aliīs partib⁹ q̄ꝫ māe in aliīs locis ꝯtente. ⁊ ideo in passionibus stomaci sufficiunt leues farmacie. ⁊ benedicte.

Cura in frigida vt qꝫ. s. est mala ꝯplō sola ꝓportionaliter ⁊ suo iure agendum. nam primo abstinere a cibo longo tēpore melius est ⁊ minoratio eius iuuat. Serua itaqꝫ hūc canonē ⁊ alios duos hic positos de mala cōplexione calida: ⁊ eos qui sūt supra in rubrica de mala cōplexione frigida stomaci cū mā. ¶ Laudaꝛ hoc loco dyacinamomū dyaciminū çinçiber ꝯditum. tyriaca. metridatū. ⁊ hȝ. de quibus supra de mala ꝯplexione stōi absqꝫ mā. ¶ Q̄. si fuerit cum materia flegmatica viscosa attende canones de ordinatione diete digōne eūone ⁊ ceteros positos supra de mala cōplexione frigida cū materia. ¶ Et h̄ nota ꝙ vomitus est singularis medicina ⁊ fiat cū rebus incidentib⁹ subtiliantibus. vt cū raffano aut porro prius comesto in bona quantitate. cūqꝫ sic per duas horas steterit vel circa faciat vomitū cū sirupo acetoso mellino ⁊ aqua tepida. ¶ Itē in hoc casu multū ꝯmēdaꝛ vsus aloes cū melle. ¶ Item medicina ꝓpria est iera simplex Gal.

Cura in facta p ꝯ̄itatem oꝫ spāles canones ponere ſm spālem rei exigentiam. vt verbi grā ſm ordinem causarum superius enumeratarum.

Cura si fuerit respectu habitudinis toti⁹. vt qꝫ in toto repletio cum pororum constipatione ⁊ debilitate caloris nālis sic suffocati. Canones. Ordinatio diete. Digestio. Euo. Poroꝝ apertio. Caloris nālis confortatio.

¶ Ordineꝛ in hoc casu dieta vt dcm̄ est ex parte hore. vt qꝫ prohibeatur cibus longo tempore ⁊ minoreꝛ donec viuificetur virtus eius. Aui. Item ex rebus proportionatis deꝛ. qꝫ ſm expetentiam cause. ⁊ q̄m hec causa ſm pl̄m est flegmatica grossa viscosa detur cibus subtiliatiuus calefactiuus ⁊ incisiuus: de quibus omnibus supra tertio tractatu. cuius caliditas tamen non sit multum excedēs temperamētum. sed ad ipsum appropinquet.

¶ Secundus perficiꝛ cum his. de q̄bus supra de mala complexione stomaci cū materia. vt sunt sirupus acetosus simplex mellinus ꝯpositus de radicibus oximel squilliticuꝫ. sirupus de calamento. de ysopo ⁊ hȝ. ⁊ ꝯfectionibus calidis de q̄bus ibidem. ⁊ tu ad ea recurre.

¶ Tertius completur cum euacuatiuis de q̄bus alle. iaꝫ loco. Item cum fricationibus prolōgatiuis statione in balneo cum prouocantibus sudorem. ⁊ huiusmodi. Et nota ꝙ si materia erit pauca h̄ fieri poterunt statim. ꝙ si fuerit multa: de quo semper est verendum: debent hec fieri facta purgatione ⁊ non aliter.

¶ Quartus ꝯpleꝛ cū fricationibus leuibus tēperate factis cū manibus solis. aut cū manib⁹ inunctis oleo camomillino: vel de amigdalis amaris: aut cū balneis nālib⁹: aut artificialibus. ex rebus ꝓportionatis: vt sūt camomilla mellilotum. ⁊ sic de aliīs in gradu. non multū eleuatis. Nā ꝯ ſm̄ ꝯ de eis que accidunt ex balneo balneum cibum indigestum digerit ⁊ humorem crudum maturat.

¶ Quintus ꝯpletur cum dieta vt supra cum abstinētia donec calor igniatur ⁊ exhibitione rerum confortantium, ⁊ excitantium calorem. vt sunt tyriaca antiqua metridatuꝫ ⁊ hȝ. ⁊ hoc factis purgationibus.

Cura si fuerit vitio cerebri. vt qꝫ fluit catarrus: aut qꝫ cerebrū sit aliter quoqꝫ lesum vt supra. tūc cura ꝯsistit in duobus canonibus hic generalibus. ¶ Prim⁹ est correctio dispositionis cerebri. qꝫ si non est possibile. vt aliquando ꝯtingit solis ꝓuisionis relinquatur. ¶ Secund⁹ est cerebri ꝯfortatio ⁊ hi canones completi sunt supra. quarto cap. ⁊ primo. ⁊ tu ibi in locis suis.

Cura si fuerit ex mollificatiōe nerui dantis sensum stomaco. tūc recurre ad ea que de paralesi dicta sūt secundo capitulo supra.

Cura in ea que est. quia sensus fit obtusus naturaliter duo canones seruentur. ¶ Primus vt attendatur humor qui souet eam qui ſm plurimuꝫ est humor frigidus. ⁊ fiat eius euacuatio digestione precedente. ¶ Secundus ꝙ confortetur os stomaci cum remouentibus illam malam complexionem: ⁊ excitantibus appetitum: ⁊ istud fiat cum regimine dieta: quoniaꝫ nō nisi in magno tempore hoc perfici potest. medicine autem cito veniunt in fastidium. Ex commendatis est cinamomum phistica sic⁹ sicce cum nucibus vel cum amigdalis: passula. cum amigdalis mundis. Item laudaꝛ calamus aromaticus. ¶ Itē sit ⁊ canon ꝙ cum his ponanꝛ aperitiua que vias alimenti aperiant. vt semen feniculi: petrosilum ⁊ hȝ.

Cura. In ea que ex splene venit: vt qꝫ non mittatur melancolia ad os stomaci propter opilationem vene que ab eo venit ad ipsum os: vt supra. ⁊ infra de splene tres seruētur canones. Primus est euacuatio. Secundus est apertio opilationis. Tertius est splenis confortatio. ¶ Et vt sis copiosus. scito ꝙ oīa que epar ⁊ pulmonē aperiunt. aperiunt ⁊ splenis opilationē: ⁊ maxime q̄n opilatio non est fortis. ꝙ si fuerit fortis fortioribus vtere. Mediocres vō h̄ in casu valētes sunt Scolop. Agnus castus. Capparis. Fraxinus. ⁊ habet magnā ꝓprietatem ⁊ mirabilem contra duritiem splenis ⁊ renum lapidem. Unde dictus ē fraxinus quasi lapidem frangens: ⁊ iuuat multum splenetitis in vasis factis ex eo comedere. Alia plura require ⁊ fortiora cap. de splene infra in princ. Tu itaqꝫ cum his ⁊ similibus aperitiuis procede. ¶ Pro secundo casu ⁊ pro tertio require loco allegato que sunt splenē confortantia: qꝫ aliīs ex aliīs oportet te vti ſm variam ipsius opilationis causam. ¶ Pro primo nota. Et ibi quoniam in principio oportet etiam euacuare melancoliam. Iam in splene retentam propter opilationem que fuit. ¶ Q̄. si fuerit ex multiplicatione melancolie: tunc primus canon est euacuatio: vt supra. Scd̄s est ciborꝫ laudabiliū boni odoris exhibitio a natura melancolie multum distantium. ⁊ hi sunt cōplexione sanguinei quos hēs supra quarto tractatu.

Cura. In facta vitio epatis: vt quia debile. Canones. Confortatio epatis. Secundus est naturam resumere. ¶ Primus completur cuꝫ exhibitis intus ⁊ extra calidis: aut frigidis: vt ipsa dispositio exigit: de quibus plene cap. de epate. Sed scito ꝙ in frigida sirupus de absinthio mirabilem proprietatem habet. Resumitur autē virtus cum cibis ad hoc de quibus in tertio tractatu. ¶ Si fuerit multitudine sanguinis: tūc flōma. ¶ Si ex opilatiōe vt in fluxu epatico: aut ꝓpter apostema ei⁹ recurre ad capitulum de epate suis ꝓpriīs rubricis. ¶ In pgnantibus admistreꝛ cibi saporosi: ⁊ ea in q̄bus est caliditas ⁊ icisio vini vel⁹ odoriferum ꝯfortatiui virtutis expulsiue ⁊ resolu-

tiuum materie male. Aui. ambulent ⁊ tēperatum faciant exercitium: ⁊ breuiter ꝯfortet stomacus ne malos fumos a matrice recipiat: aut ab eis non ledat: ⁊ valētia in h̄ sūt emplastra stomaci cum fece vini non adusta: ⁊ melissa et acetositas citri quomodocūqꝫ sumatur.

Cura. Si fuerit ꝑpter vermes: aut ꝑpter fluxum ventris recurre ad capl'm de fluxu: ⁊ ad ꝓprias Rubricas: consimiliter intellige: si ꝑpter sincopim: aut aliud accidens occurret recurre ⁊c̄.

Cura in scā ex causis extrinsecis cura ē eaꝝ ablatio: ⁊ stō̄i vt decet ex his que dicta sunt in pn̄° capli cō̄fortatio: ⁊ hic scito q̄ aq̄ calibeata mirabilr̄ ꝯfortat vtutes nāles. Calamētū ꝯfortās stō̄m. ℞. mēte sicce pulpe sumach. añ. ℥. i. panis assi. isusi in aceto vel succo citōioꝝ. ℥. ꝗ terant ⁊ coleat ⁊ colature addaꝰ paꝝ ipsi° aceti vel succi. Geladorciū ad idē. ℞. extremitatū pulloꝝ ⁊ porcelloꝝ iuꝫ. añ. lib. i. fasianoꝝ ꝑdicū atq̄ puaꝝ. añ. lib. s. decoquant in vino acerbo addito vino citonioꝝ ⁊ granatoꝝ: pulueris cinamomi. ℥. s. paꝝ croci ad colorādū tn̄ decoq̄nt sufficiēter q̄ si ꝯgelari voluerit addat psiliū. ℥. s. ligati in peciola. ¶ Ualet ad h̄ aromaticū ro. gariofilatū: syru. de absinthio de agresta: ⁊ hꝫ: de qb° supra in pncipio capli.

¶ De corruptione appetitus. Rica. xvj.



Corruptio appetit° ē appetitio rei ꝯ̄rie ⁊ diuse: q: s. nō ꝯsuete. **Causa** est humor malus diuisus a ꝯsuete sua q̄litate ledēs: ⁊ est appetitus luti carbonū ⁊ hꝫ. ⁊ est noiat° a mltis irrōnal' ⁊ ab antiqs dict° est pocas: ⁊ ab Aui. discrimē ⁊ piculū. Et causat a malitia hūois corrupti i orificio stō̄i ibi bito pp malitiā ꝯplonis toti° vel visceꝝ: vn̄ mala celebrat digō: ad qd̄ ꝯcurrebat vsus reꝝ hūorē flaticū aut melicū mltiplicātiū. Nā cōiter talis humor est flatic° aut melic°. ¶ Ex qb° habent tres ei° cause. Primitiua. s. añs ⁊ ꝯiuncta: vt pꝫ itelligēti. ¶ Et qdē h̄ appetit° vt plu'm impḡnātibus accidit spālr in duob° pmis mēsib°: aut trib°: in qb° retinent mēstrua in maiori q̄titate q̄ꝫ sit necūꝫ fetui. vn̄ cū superfluētia corrūpant ad stō̄m puenietia iducunt hūc appetitū. cū itaqꝫ fetus sit maior in posterius: ⁊ tūc nō sic superfluūt mēstrua: q: plus de eis ad se trahit: ⁊ ideo cessat ille appetit°. Et tūc gradus in malitia ei°: qm̄ q appetit acuta acetosa ⁊ hꝫ est mīr° malus q̄ꝫ ille q appetit lutū carbones. Mouet itaqꝫ nā ad appetēdū rem ꝯ̄riaꝫ illi humori: qm̄ distēpātie nō nāles ꝯ̄ria ꝯcupiscēt 2° tegni. Hec tn̄ ꝯ̄rietas nō est s̄m q̄litatē manifestā tm̄: sed et occultā. Nā dato q̄ appetit° sit ad res siccas: nō tn̄ ad oēs: sed ad vnā determinataꝫ: vt est ad terram: aut ad cineres tm̄. Ubi nota q̄ ex signis satis efficacib° de impḡnatione: hoc vnum est efficax valde. s. cum mouet appetit° mulieris ad rem vnaꝫ tm̄ qua saturari non pōt. ¶ Sed queret aliqs in casu debent nāqꝫ ꝯcedi ea que tales appetūt cum ꝯ̄ria appetūt ⁊ cura fiat p ꝯ̄ria. ¶ Dicēdum q̄ qn̄qꝫ ꝯcedi debet vt infra: hec tn̄ si sunt ꝯ̄ria formalr: per ea tunc non fit cura: sꝫ per ꝯtraria virtualr ⁊ in effectu: vt sunt ꝯ̄ria cām respiciētia: ⁊ ipsaꝫ euacuātia cuiusmodi est agaricus turbit sene ⁊ hꝫ: ⁊ cura hoc mō fit ꝯueniētius. Nam lꝫ hn̄s malam cōplexionem calidā in stomaco ex p̄sentia flegmatis putrefacti appetat aquam que est ei ꝯ̄ria: formalr tn̄ ex eius potu nō curat: sed melius ex exhibitione turbit: aut sene que sunt ꝯtraria virtualr ⁊ effectiue. ¶ Et in summa corrupta digestio est causa appetit° cuius digestionis corrupte cause infra dicent sua rubrica. ⁊ tu ibi: ⁊ non solū reperit hic appetitus in mulieribus: sed etiam in viris. Nam quādoqꝫ a toto vt in feb. putrida eleuant fumi ad os stomaci corrūpentes appetitum. Itē in non febrientib° vt in podagricis scabiosis ⁊ hꝫ: habentibus humores corruptos ⁊ consimiliter a particulari membro: vt est epar splen ⁊ huiusmodi. Item abstinere multum a cibo est hꝫ causa: iuxta illud 3° primi. de regimine comestionis: tolerare famem stomacū replet malis humoribus.

Cura canones. Primus. Ordinatio diete. Euacuatio minoratiua. Digestio. Euātio reiterata ⁊ fortassis eradicatiua. Correctio stomachi illum humorem generantis. Rectificatio membri mandantis: aut totius si a toto venit.

¶ Ordinatio diete debet esse ad cōtrarium cause: vt sepe dictum est: ⁊ que sunt eam complentia habita sunt. quarto ⁊ secundo tractatu: ⁊ tu ibi.

¶ Scd̄s canon in eius cōplemēto variat: q: s̄m varietatem cause. naꝫ si appetitus fuerit ad acuta acruminalia: ⁊ que salsa sunt impressionis humoris frigidi: tunc si humor cōprehendit in superiori parte stomaci ip̄m euacua cuꝫ vomitus. vt verbi gra. cuꝫ aqua raphani ⁊ oximelle: aut cū aceto squillitico cum semine eruce aneti: ⁊ hꝫ: vel prius comedat acrumina: aut res salitas: deinde paulum post per duas horas vel circa faciat vomitū. ¶ Qꝫ si fuerit in fundo euacua cum solutiuo vt agarico ⁊ hꝫ. de quib° ad plenum 3° tractatu. ¶ Sed tu dices dꝫ hic vomitus fieri in pregnātibus: ¶ Pro isto dicēdum q̄ vbi leniter fieri possit fieri debet: quam lenitatem cōprehendes ex narratione ipsius p̄gnantis que ⁊ ante impregnationē ⁊ tpe imp̄gnationis consueta est habere faciliter aut difficulter vomitū: facies itaqꝫ eum leuē: vt q: comedat de cepis porris ⁊ huiusmodi acruminib°: deinde cum aqua tepida: ⁊ syrupo acetoso faciat vomitum. Sed hic tua vtaris prudētia ne caltimeris: tutius enim est in eis ꝓcedere cū his que stomacum ꝯfortant: ⁊ mām ipsam resoluūt vt est dyacitonitem cum specib° diagalāga. ꝫꝫ. ꝯditū: ⁊ hꝫ. Item vtat tyriaca bis in hebdomada stomaco ieiuno cum vino calido: ⁊ est singulare. Et ad extra stomacꝰ eaꝝ inungat cum oleo de mastice: de spica cum modico aceti: ⁊ cum his stomacum ꝯfortantibus: de quib° supra in pn̄° ca. Bono vtatur regimine: vt carnibus gallinaciis ꝑdicum de carnib° arietis assatis: ⁊ carnes leporis in hoc ꝓprietatē habent. Uino vtat odorifero ⁊ claro ⁊ puro. ¶ Si ꝟo fuerit ad acria ⁊ acetosa queꝫ efficit humor calidus: cura vomitu cū aqua tepida ⁊ aceto: ⁊ hoc si mā ascēdit vel est in parte superiori. Qꝫ si fuerit in parte inferiori qd̄ cōprehendes ex punctura ardore in fundo ⁊ hꝫ. tunc euacua cum solutiuo: ⁊ aloes prerogatiuam hꝫ ꝯfortat ⁊ mūdificat stomacum ⁊ erigit appetitū corruptum. ¶ Qꝫ si fuerit ad vnctuosa dulcia: cuius causa est humor melācolicus: tunc nō facias vomitum. iuxta illud Hypo. affo. 4°. affor. 5°. Melācolicos ꝟo inferius eadē rōne ꝯ̄ria apponens. nam ducere debemus per loca ꝯuenientia: vt affo. pma. affo. 21. nam melācolia est humor grauis: ⁊ sicut colera que est humor leuis p superiora educi debet: ita melācolia ꝑpter eius grauitateꝫ p inferius: vtere itaqꝫ mirabolanis nigris ⁊ aliis educentibus mām melācolicā: de qbus plene 4° trac. ¶ Qꝫ si fuerit ad frigida tūc humore fetidum euacuabis vomitu vt dcm̄ est: aut p secessum: tu tn̄ debes prius intelligere nām humoris putridi ⁊ fetidi ꝓuocātis ad talium ꝯcupiscentiam: qm̄ desiderata sunt ꝯ̄ria humori peccanti. vt dictuꝫ est. q̄ si pur ignoraueris da ieram aut pillas eius: qm̄ putredinē talē euacuat ⁊ stomacum ꝯfortat. ¶ Qꝫ si essent vermes adhuc maxime iuuabit: ⁊ in summa sit tibi canō q̄ ea que appetunt sunt cōplexione manifesta ꝯ̄ria humori in stomaco existēti qui est causa talis appetitus. ¶ Si vero fuerit ad pontica ⁊ sicca. vt est lutum ⁊ huiusmodi: cuius causa est humor malus sua ledens humiditate: tūc fiant vomitus: vt supra cum aqua raphani aut oximelle aut comedat pisces salitos: aut salita alia acrumina: vt

dictum est: deinde bibat aquã faseoloꝝ: aut aneti rapha/ni ⁊ hm̃. ꝙ si videt mãm ad iferiora declinare da turbit: ⁊ hm̃. vt 4° trac. mẽti semp habe cñare per locũ ꝯuenientio/rem: iuxta dictũ senis supius allegati. Item ꝯfert ⁊ maxime exhibere lutũ cum quo cõmisceant vomitiua: aut solutiua. vnde Aui. ꝓprio cap. ⁊ pcipiat appetẽti lutum vt sumat ex eo aliqd in quo sit de medicamine qd̾ non addit sup dosim vnam: aut sup dosim ⁊ mediã: qm̃ facit ipsum euomere illud quod comedit: ⁊ ꝓprie si fuerit res cõmouens vomitũ sicut caules ⁊ similia: ⁊ faciet abhorrere lutum. Et ideo in rñsione ad dubium dicebat vt infra: qm̃ que appetunt hoc modo concedi possunt.

¶ Tertius compleat cũ digestiuis humori peccãti appropriatis. quoꝝ copiã habes. s. trac. quarto: ⁊ tu ibi. Sꝫ hic nota ꝙ ante digestiua non debẽt dari regulr̃ illa sirupica: vt oxacitoniten ⁊ huiusmodi: ⁊ ideo considera.

¶ Quint° compleat cũ euacuatiuis appropriatis: aut vomitiuis reiterando: vt docebit: ⁊ tu pro his recurre. 4° tra.

¶ Corrigatur stõi malitia diuersimode fm̃ cause ipsius diuersitatẽ. nã si fuerit humor fridus cũ exhibitione caloꝝ. Si calidus cum exhibitione frigidoꝝ. Si siccus cũ humidis. Si humidus cũ siccis. Hec autẽ calida frigida humida sicca habuisti in pncipio ca. ⁊ de aliqbus calidis: vt dictum est in pñti Rubrica: ⁊ de aliis simplicib° ⁊ cõpositis dicetur statim: ꝓpter qd̾ cõponere de nouo poteris. Et cõposita antiqua hẽbis: ⁊ habes i rubricis vbi tractat de discrasia stomaci qualitercũqꝫ vbi ponunt valẽtia in hoc tam exterius qꝫ iterius applicata. ¶ Q. si fuerit a toto ꝯsimilr opꝫ corrigere mẽbra oĩa fm̃ dispositionem ipsoꝝ: tu itaqꝫ ꝯsidera ex dictis pticularibus particulariũ mẽbroꝝ calida ꝯuenientia in casu. ¶ Et simplicia sunt. Carnes leporis. Cappares ꝯditi. Nasturtium. Ciminũ carmenũ: xiloaloes: sticados: squilla. Acetũ eius: cinamomũ columbi assati. vnde Rasis in diuisionib°. singulare est cibare patientem columbis assatis dum est ieiunus. ⁊ vtat eis in 2ª mensa post cibũ paulatim. Itẽ ameos in 2ª mẽsa vti est mirabile valde. Itẽ pistici amigdale amare ⁊ hm̃: cepe: passule ꝫinziber: ⁊ alia ꝯsimilia: vt. s. de mala cõplexione stomaci frigida ⁊ de corde frigido. ¶ Cõposita sunt aromaticũ rosariũ gariofilatũ: electuarium expertum. Rc. trium piperũ. añ. ʒ. i. gariofiloꝝ. ʒ. ij. aristologie lõge ⁊ ꝫedoarie violaꝝ betonice. añ. ʒ. iij. salisgẽme. ʒ. ij. myrrhe electe ad põdus oĩuꝫ ꝯficie cũ syrupo de mẽta dosis est a. ʒ. ss. vsqꝫ ad. ʒ i. ss. ¶ Item Rc. cubebaꝝ cardamomi ꝫuccari tabarzet. añ. pulueriꝫentur de quo puluere sumat omni die ante cibũ: ⁊ post cũ vino odorifero. ʒ. i. ¶ Aliud expertum Aui. Rc. mirabolanos belliricos emblicos nucem viridẽ masticẽ ⁊ cardamomũ maius ameos: ꝫinꝫi. ꝯficiant cum melle ⁊ sumat ex eo ante cibũ ⁊ post cibũ quãtitas nucis. ¶ Ex fridis sunt grisomila granata pruna cucurbita melones olera spinachia atriplices lactuca citonia agresta succi hoꝝ fridoꝝ. Ex cõpositis ꝯfectio de scoria ferri. Item ꝯfectio mirre acetose Mes. antido. distĩone 6ª. ¶ Ex calis sunt cinamomum gariofil. rosmarinus: olibanũ mẽta cepe maxime vbi queritur icisio assata vt galline assate edus lactens assatus. Ex cõpositis diacinamomũ diambra diamuscũ aromaticuꝫ ro. metridatũ tyriaca: ⁊ hm̃. de quibus actum est.

¶ De appetitu canino. Rrica. xvij.



Ostq̃ꝫ dictum est de d̾bilitate ⁊ destructiõe appetit°: ⁊ ei° diminutiõe ꝯsir agẽdũ duxi de ei° augmẽto: qꝛ d̾ vehemẽtia ei°: qꝛ sic acut° canin° dici ꝯsueuit. ¶ Est itaqꝫ appetit° canin° appetit° imẽsus trãscẽdes ꝓportionabilitatẽ ad hũanã spẽs: (⁊ appetitui canum magis assimilatus.

Causa cuius fm̃ plimũ est mala cõplo frida mãlis: et hic appetit°: qꝛ trãscendit vere corrupt° dici põt. Vñ Gal. 4° de accñti p. c. ⁊ qꝛ de e. s corruptio appetit° vocata est. Et ab Alexadro in ei° practica vocat° est cinorodoseos: a cinos qd̾ est canis ⁊ rodoseos glia: qm̃ in tali appetitu canes glñant. Nã nunqꝫ se saturos cõprehẽdunt. sꝫ semp famescẽtes: sic ⁊ hoĩes qdã qui hoc vexant appetitu. nã stãt ⁊ delectant in ꝯtinua comestione: deinde cum repleti sunt euomũt vt canes. vt itex cibuꝫ cõprehẽdere possint. Hyp. pho 2° aff. eũ indigentiã vocauit cũ dixit por° indigẽtiã soluit. Dĩ cuius cã fm̃ plimũ. nã lꝫ a mã frida ⁊ melancolica ꝯtingat que os stomaci corrugat ⁊ corrugãdo est cã expssionis humidi substãtifici ⁊ ꝯtactus partiũ stomaci ꝓpter quẽ insurgit sensatio quedã tristis dicta fames: tñ ab aliis causis ꝯtingere põt: vt a caliditate: vt statim declarabit: ⁊ sicut mã melãcolica hoc facit ita ⁊ flegmatica frigida acetosa facẽ poterit. nã est cã expressionis humiditatũ nãliuꝫ in ore stomaci existẽtium: quaꝝ p° erat causa remotionis famis ⁊ silr cõtactus: ⁊ sicut mala cõplexio mãlis hoc facit: ita ⁊ imãlis. nã aucupatores ponunt de nocte aues rapaces vt austures ad aerẽ frigidũ: vt frigiditas idticat in eis appetitũ quo ad aues capiẽdas ꝓmptius ⁊ facili° moueant. Itẽ ⁊ habitãtes regiones frigidiores aliis partibus sunt itẽsioris appetit°: vñ theutonici anglici ⁊c̃. plus lombardis comedũt. ¶ Ex qb° infert ꝙ hñtes os stomaci frigidum sunt itẽsi appetit°: dũmodo frigiditas illa nõ superfluat: qm̃ sic deijceret actũ ꝓpriuꝫ. vt 2° affoꝝ. cõmẽ. 20. ⁊ hoc voluit Gal. 2° tegni. de signis stomaci fridi. ¶ Infert 2° ꝙ catarrus descẽdens põt esse causa famis. contrarium pꝫ intelligẽti. ¶ Sed forte dicet huius ꝯtrariuꝫ videt in experientia. ⁊ Aui. 5° tertij de catarro. ¶ Dicẽdum ꝙ catarrus fridus descẽdens nõ replens: sed sua frigiditate tm̃ corrugans: vt. s. est causa famis. Q. si fuerit replens deijcit appetitu: ⁊ hoc est qd̾ cõiter euenit. ⁊ ideo apparet in experientia ꝯtrarium: ⁊ de hoc locut° est pnceps in 5°. nam p loquens inqt: ⁊ hoc est raro. ¶ Est nãqꝫ in hoc ꝯuenientia cũ fame nãli: qm̃ sicut in fame nãli fit suctio de venis paruis mẽbroꝝ ad venas magnas: ⁊ de magnis ad maiores donec tali suctione pueniat ad remouẽdas nãles humiditates que sunt in ore stomaci ab his humiditat. huius: quare a caliditate etiam ꝯtingẽ põt vt dictum est resoluẽte et ꝯsumente has humiditates. ¶ Sed vt veracius cause ponantur dicat ꝙ vltra frigiditatẽ dictã põt appetitus caninus ꝯtingere a resolutione ⁊ inanitione: quaꝝ ambarum causa põt esse multiplex. Et pmo caliditas resoluens in toto existẽs vt in febrientibus qñqꝫ apparet: vñ fit resolutio humidi substãtifici mẽbroꝝ ꝓpter qd̾ membra per venas paruas trahũt a magnis: ⁊ magne ab epate epar a mesaraycis: mesarayce a fundo stomaci: ⁊ fũdus vltimo ab ore ⁊ febres in qbus hoc accidit sunt febres ꝓlixe resoluentes. Auic. in pncipio. c. ¶ Tu tñ nota ꝙ caliditas omnis nõ est sufficiens: imo oĩno ꝓsternens ⁊ imoderata: hoc non faceret qd̾ dictũ addidi ꝓpter sophistam qui vellet deducere ex dicto Aui. in omni febre saltem ethica famẽ caninaꝫ ꝯtingere debere. ⁊ tu considera. ¶ Item caliditas supflua oris stomaci resoluens ⁊ faciens os ꝯtinue restaurationeꝫ requirere: vnde Aui. ¶ Et qñqꝫ accidit appetitus caninus ꝓpter caliditatẽ supfluam in ore stomaci resoluẽtem ⁊ requirenteꝫ restaurationẽ: quare est os stomaci quasi semp famelicum: ⁊ hoc fm̃ plurimum facit sitim ⁊ in quibusdam dispositionibus famẽ cum superfluit eius resolutio. ¶ Item caliditas extrinseca maxime in corporibus porrosis: in quibus humidũ eoꝝ est facile resolubile per modum dictum. ¶ Item resolutio facta ex magno labore. ¶ Itẽ ex supflua vigilia resoluẽte humiditates naturales ⁊ extrahente ipsas ad exteriora. Nã ipse caliditateꝫ in vigilia ad extra venientem sequunt: ⁊ etiã ab ea trahunt.

vnde mēbra remanēt inanita. ¶ Itē debilitas contentiue
cum fortitudine expulsiue: quare fit resolutio superflua. nā
membrorū humidū resoluit̃ ⁊ mēbra non restaurant̃: quā
nutrimētū non stat eis tempore debito applicatum, propter
debilitatē ↄtentiue ⁊ fortitudinē expulsiue. ¶ Ex inani-
tione facta a vermibus sugētibus humiditates oris stoma-
ci ↄtingit fames canina: propter quod patientibus ex eis dari
debet frequēter cibus: quā corpus vel stomacus est vacuus
ipsum sic sugūt ⁊ mordicāt ⁊ cetera mala inducūt accidētia.
¶ Itē multa euacuatio ⁊ superflue inaniēdo membra hoc facit.
¶ In summa itaque colligunt̃ tres cause: frigiditas expri-
mens: caliditas resoluens: ⁊ inanitio ↄsumens.

Signa demonstratiua si fuerit ex caliditate resoluē-
te est sitis fortis: ⁊ vtplurimū cū vētris ↄstipa-
tione cum prauatione vomitus acetosi ⁊ erit qualosus ⁊ huiusmodi
de reliquis signis caliditatis: ⁊ hic nota quod aliquā homines
multū sic de cibo accipiūt: ⁊ tamen non impinguant̃: ⁊ hoc est
signum fortis caliditatis resoluentis.

¶ Signa quod si fuerit caliditas aeris: aut ex nimio labore
exercitio ⁊ huiusmodi statur iudicio patientis.

¶ Signa si ex frigiditate paruitas sitis multitudo fecis siue
fluxus inflatio multiplicatio ventositatum multiplicatio
appetitus cum multitudine singultus absque mordicatio-
ne ⁊ cum pessima digestione.

¶ Signa si ex vermibus ex signis vermium comprehenditur.

¶ Signū quod est a debilitate contentiue in toto: ⁊ in stoma-
co exitus egestionis crude ⁊ ipsius sanguinolētē: ⁊ secundum plu-
rimum est cum lienteria.

¶ Signa quod fuerit ex forti resolutione erit sitis ⁊ reliqua si-
gna caliditatis ⁊ erit cum bona digestione. ¶ Quod si fuerit re-
solutio ex labore nimio ⁊ huiusmodi. stabit̃ relationi infirmi.

¶ Signa quod fuerit vitio humoris acetosi erit paucitas sitis
ad aquā. eructuatio erit acetosa. ¶ Quod si fuerit acetositas
ex flegmate est acetositas pura cum humiditate multa.
¶ Quod si fuerit ex melancolia erit cum ponticitate ⁊ cum
quadam siccitate cum reliquis signis ipsorum humorum: de
quibus in principio operis.

¶ Signa si fuerit ex catarro scitur per signa eius iam dicta
supra quinto capitulo.

Pronostica. Caninus appetitus raro euenit ex
reumate. ¶ Caninus appetitus si
perseuerauerit ducit in bolismum: ⁊ bolismus in famē sinco-
palem: fames sincopalis in mortem. Vigilate itaque.

Cura Canones in cā calida. Ordinatio diete. Digestio.
Euacuatio. Et ipsius residui resolutio siue ↄsumptio.

¶ Dieta ordinet̃ ad ↄtrarium cause. vt quod frigida sint ⁊ hu-
mida. Item sint dure digestionis vt est faba fracta lentes
excorticate pisces conchilia oua indurata portulaca panis
azimus ⁊ huiusmodi: vnde in casu ab acetosis stipticis ab-
stinere oportet: quoniā talia appetitum excitāt: ⁊ tu. vide de
mala complexione calida stomaci.

¶ Digerat̃ materia vt decet cū digestiuis. vide 4. tra. positis.

¶ Euacuet̃ similiter cum euacuatiuis ibidem positis. Sed hic
aduerte quod tale solutiuum debet esse benedictum ⁊ facile ne
ex potentia solutiui traheret̃ noua materia ad stomacum
apta augmētare appetitum: aut quomodolibet ipsum le-
dere: de quo supra in principio huius cap.

¶ Consumit̃ autem materia calida per applicationē frigidorum in-
tus ⁊ extra applicatorum: vt ad extra inungēdo cum oleis
frigidis: ⁊ ad intra cum exhibitione frigidātium: pro quibus
supra de mala cōplexione calida stomaci.

Cura In frigida propter frigiditatem. Canones. Ordi-
natio diete. Digestio. Euacuatio. Et ipsius imē-
sitatis ablatio.

¶ Dieta sit ad ↄtrarium cause ex calefaciētibus participanti-
bus vnctuositate relaxante: vt carnes pingues anserum

precipue. Nam oportet vt elongentur ab aceto ⁊ pontico.
Auicenna. ⁊ tu pro his supra 3° tractatu.

¶ Digerat̃ materia vt decet habes digestiua. vide 4° tracta.
Quod si fuerit viscosa vtere incisiuis. vt sunt cepe ⁊ huiusmo-
di: ⁊ si oportet etiam alleo.

¶ Euacuatio fiat cum appropriatis etiam 4° trac. positis.
nam quod dictum est de materia frigida intelligi habet in-
differenter de flegmatica ⁊ melācolica pro quibus omnibus
recurre supra locis nunc allegatis.

¶ Aufertur imēsitas appetitus cū vnctuosis ⁊ pinguibus rela-
xantibus os stomaci: ⁊ inter alia maxime cōfert: vt dictum est
caro pinguis anserum ⁊ anatū assata: ↄfert ⁊ precipue vinum
decoctionis rerum calidarum iam nominatarum. In quo nō sit pon-
ticitas neque acetositas oino: ipsum enim sanat ab ea sumptum
in potu calefactū ⁊ in ieiuno: ⁊ est curatio magis ↄferens
nisi adsit ipsius vētris solutio. Auic. Nam si fuerit ven-
tris fluxus oportet vt caueant vinū oino: stipticū namque aug-
mētum efficit in appetitu canino: ⁊ amarum addit in solone
ventris ipsorum. Auic. Et de his duobus passibus dicet̃ in du-
bijs que vltima erūt in actu practico: ⁊ tu ibi. Et scito quod
in appetitu canino cōiter consequitur vomitus. Itē ↄfert ⁊
maxime potus olei dulcis in quo nō est stipticitas. Itē vi-
tella ouorum assatorum valde post cibum assumpta. ¶ In sū-
ma exhibeantur pinguia vnctuosa sua viscositate adhe-
rentia ori stomaci ⁊ ipsum replentia.

Cura Si fuerit ex melia fluente ad os stomaci fiat cū
hoc flōmia de saluatella sinistre manus maxime
si tale corpus fuerit carnosum ⁊ pingue quod si fuerit macrū
nō sic cōpeteret. ⁊ tu ↄsidera. Quidā vt Rasis in lib. diui-
sionū applicāt cauterium ex opposito oris stomaci vt exic-
cent ⁊ ↄsumēt materiam: ⁊ meo tempore quidā medicus voluit face-
re viri magno viro cui oēs ⁊ peritiores medici ↄdixerunt in-
ter quos erat Marsilius noster patauus.

Cura In facta ex debilitate virtutis quod pluries cōtingit
ex mala cōplexione frida cura est per exhibitionem
ↄfortatiuorum. vt supra vnū vinū rubeum potēs in casu est maxime
ↄueniens de quo dari debet plus ⁊ minus secundum fortitudinē vir-
tutis ⁊ eius debilitatem vt in dubijs dicetur.

Cura In facto ex euacuatione superflua ⁊ ex magna resolutione
⁊ corporis raritate est. vt habitet loca frida: imo ⁊ qui-
dā vt Placētinus ponit tale corpus in aqua frida quod est sicdum
tolerāte virtute: ⁊ si euacuatio superfluit inungatur corpus totū cum
rebus stipticis. vt oleo mirtino ro. masticino ro. sandal. cum
cera ⁊ aceto dētur que cibi viscosi grossi vt pultes pedes vi-
tulorum frumētū coctū panis azimus. ⁊ tēdāt oia ad pinguia
vt. vide. ¶ Quod si euacuatio superfluet oportet attēdē magis exhibē stipti-
ca: ⁊ ideo diuersis accidentibus diuersa remedia dāda sunt ⁊ for-
tiori semper magis est attēdendū altero nō neglecto vt posse
est. ¶ Sed notādū quod si exterius applicarent̃ stiptica ⁊ per
interius darent̃ vnctuosa ⁊ pinguia cura foret ↄuenientior et
laudat̃ in casu oleū amigdalarum recēs cum zuccaro.

Cura In facto propter fluxū catarri est cura eius catarri
post quā applica vltimū dictum de causa frigida.

Cura In facto per fames est interfectio corporum: ⁊ corporum euacuatio
pro quibus recurre infra. 16. c°. Sintque cibi grossi fri-
gidi: ⁊ panis infusus in aqua frigida.

Cura In facto ex alijs causis est exhibere ↄtraria ex iam
dictis vt si a caliditate simpliciter dēa cibaria subtilia
frigida ⁊ sunt cucumeres cucurbita ⁊ huiusmodi.

¶ De bolismo. Rubrica. xviij.

Bolismus est fames membrorum cū to-
tali aut fere tota appetitus
stomaci ablatione. Cuius cā est caliditas mem-
brorum humiditatē substātialem ↄsumēs ⁊ hu-
mor fridus in villis stomaci imbibitus: aut ma-
la complexio frigida virtutē sensibilem stomaci mortificans

canis. ¶ Et dr̄ fames mēbrorum: qm̄ hec fames dicta est vniuersalis: ꝛ Gal. in 2° affo. in cōmēto illius. Potꝰ indigētia solui: qm̄ vt oīa mēbra famescūt stō excepto: ꝙ si famet eius fames remississima est vt solo bolo: aut vino saturet. Quare dictus est bolismus a bolo. Ex quo pꝫ q̄re dcīsi est tota aut fere tota. Fames vo canina allato loco dicta est pticularis: qm̄ est in pticulari mēbro soluꝫ vt in stō. Dr̄ in villis stomaci ibibitus. Nam si esset adherēs non replens causaret appetitū caninū. vt. s̄. dcīm est de catarro faciēte appetitū caninū vt in p̄cedēti rubrica. ¶ Dr̄ aūt mala cōplexio: q: ꝯsueuit venire iter agētibus in frigore ꝛ congelans. Auic. ꝛ hunc appetitū ꝯsueuit p̄cedere appetitꝰ caninus qm̄ in appetitu canino accidit multiplicatio mlti flegmatis crudi p viam idigestionis: vnde cessat appetitꝰ stomaci: ꝛ stomacus refugit cibum: ꝛ ideo dr̄ ꝙ est cum satietate stomaci: qm̄ est sicut stomacus satiatus non sentiens inanitionē: sed interim mēbra a calitate resoluunt: ꝛ ideo ifi stant debiles ꝛ extenuanť causam ignorantes: ꝛ ex eis accidit in fine constipatio ventris.

Signa demrātiua nota sunt ex dictis in descriptiōe. ꝛ post. tales. n. macrescūt ꝛ extenuanť ignorātes cām cum vētris stipticitate cum ablatione fere appetitus tota: ꝛ si fament est diminuta fames ꝛ solo satiať bolo: ꝛ declarant hanc dispōnem que p̄cesserunt vt est frigiditas aeris nimia vt accidit iter agētibus in frigore: quibꝰ accidit subito fames ꝛ cito eam amittit. In qbus accidit fastidium vomitus flegmaticus eructuatio acetosa sensatio frigiditatis in stomaco ꝛ in mēbris palliditas coloris: aut terrestreitas vrina flegmatica pulsus debilis paruus ꝛ frequēs: item laxatio vel arefactio ppter laborē in hora vehemētis caliditatis: aut ppter calitatē febris lōgi ꝛ magni laboris in qbus tūc pcipiť in ore stomaci colera vt humor calidus oris amaritudo: siccitas lingue: caliditas in stomaco pcepta vrina subtilis ad citrinitatē declins: aut ad rubedinem pulsus velox spissus ꝛ durus: egestio sicca cum citrinitate vel ingredine multotiens: ꝛ sic de reliquis signis caliditatis sepe dictis.

Pronostica de his nihil vt in precedenti rubrica.

Cura Canones anteq̄ ponanť ponendi sunt canones accñtium ꝯsuetorum venire in bolismū patiētē: ꝛ est sincopis. Studeat itaq̄ pmo vt sincopiçātis retineat. Primo diuertēdo ac v̄tutem aialem sensitiuā stimulādo. vbi grā. fricenť extrema ꝛ stringanť purgenturq̄ plante pedum extēdanť capilli ꝛ naribus eorum: facies irroreť aqua ro. 2° lignū aloes rosas violas: muscū ꝛ hʒ cal'a: aut frida vt dispositio exigit: ꝛ sic de aliis. vt. s̄. 11°. cap. ꝙ cum res fuerit absq̄ sincopi attende ad causam.

Cura In facta ppter calitatē resoluētē stāte p̄ntia humoris fridi i stō ordineť dieta que declinet ad calidū pariter: ꝛ tu hēs tēperata ꝛ cal'a que adinuicē cōmisceře poteris. s̄. 1°. trac. ꝛ tu ibi. Cūmi sit odoriferū paucisetum cēntie vel cū aq̄ decoctiōis passularum fridū: ꝛ sempꝰ cū cibis ꝛ potu pone aliqd odoriferi ex calis odoriferis intensioribꝰ aut remissioribꝰ. vt eget dispō: ꝛ tu ea q̄re. 11°. c. de sincopi: ꝛ. s̄. in hec in ptꝰ ex stomacalibꝰ positis. Nā maxime ꝯfert bucella panis assati: ꝛ biscocti ifusa in vino odorifero limphato: aut nō limphato vt decebit. ¶ Et in summa. Primus canō est appetitꝰ stōi sublectatio. ¶ Scōs est per dietā rep. ꝛ stomaci ꝛ v̄tutē mēbrorum ꝯfortātum administratio. ¶ Tertius digestio. ¶ Quartus euacuatio ¶ Quintus stomaci ꝛ membrorum ꝯfortatio.

¶ Primꝰ cōpleť. phibēdo ne v̄r sensitiua sopiať ꝛ patiēs in sincopim cadat ꝛ fit diuertētibꝰ. vt ligādo eorum manꝰ ꝛ pedes vehemēter satis. phibēdo eos a somno cuꝫ discretione pūgēdo eos morosē icuruādo vngues virgula molli serando nec dissipať caro ppter eorum debilitatem.

¶ Scōs pficť cuꝫ cibis odoriferis calidis: aut frigidis vt eget dispō in frigida cū vino odorifero tostellis siue pane assato in eo isusis. In cal'a cū vino granatorum mediū saporis cuꝫ cinamomo: aut gariofil. ligno aloes modico vt solū aromatiçent: comedāt carnes pullorum assatas lardatas ꝛ cū gariofil. aspsas cū aqua ro. ꝛ ꝯsilr de aliis carnibꝰ de qbus 3° trac. vnde debes esse studiosus ad administrādum ea que appetitum excitant: de quibus supra de ablatione appetitus ꝛ ad membra restauranda.

¶ Digestio ꝛ euacuatio fiāt vt petit mā. Nam si fuerit frigida viscosa habes oximel simplex: sy. simplicē cōpositū. vt supra quarto tractatu. Consimiliter in calida sy. frigidos ꝛ euacuatiua appropriata.

¶ Quintus perficiť cum his que ad intra aut ad extra applicanť calida aut frigida vt dispositio exigit: ꝛ tu habes hec omnia emplastra vnctiones cōfectiones ꝛ hʒ: de mala complexione stomaci: ꝛ tu ibi. ¶ Sed hic nota ꝙ cāphora ad extra in causa calida multum laudať. In frida vo lignum aloes gallia muscata: ꝛ ex cōpositis tyriaca ꝛ maxime valet vbi fit mala cōplexio sine mā. de qua supra de mala complexione eius. Confectio de diatrion piperēon ꝛ vbi etiam sit mā. ꝛ tu ibi. Ultimo scito ꝙ vbi bolismꝰ accidat ex dissolutione per laborem confert balneuꝫ ex rebꝰ frigidis stipticis. vt est mirthus rosꝫ. endiuia: ꝛ hʒ vnctiones ꝛc. fiant vt de causa calida.

¶ De fame sincopali. Rrica. xix.



Fames sincopalis est fames ex cuiꝰ tolerātia accidit sincopis ꝛ casus virtutum.

Causa Cuius est caliditas fortis i mēbris oībꝰ resoluēs ꝛ cogens ipsa per venas paruas ꝛ magnas. vt supra a stomaco attrahere ad quā attractionem sequiť resolutio: humidi substantifici ipsius stomaci ꝛ mordicatio eiusdem quibus cū stomacus debilitetur accidit sic per viam resolutionis ꝛ mordicationis: quas non potest stomacus tolerare: sincopis. ¶ Et est hec fames media inter nālem ꝛ caninam. Non enim est intēsa vt canina nec debilis siue remissa vt nālis. ¶ Et dictum est: ex cuius tolerātia. nam nisi succurratur. superueniet sincopis frequēter etiam in multis accidit sincopis vel dispositio ei ppinqua ex qua famis tolerātia: vt sunt corpora multū colerica habentia os stomaci multū sensibile. nam cū famē tolerant stomacus attrahiť: q: in eo supabundat multū de colera subtili valde. p̄ mouetur ipsa ad os stomaci. vnd ipsum mordicat ꝛ sincopim: aut dispositionem sincopi ppinquam causat.

Signa demrātiua nota sunt ex dispositione ipsa: et causa eius innotescit ex signis ostēdentibus caliditatem tā ex parte primitiue cause relatione patientis q̄ ex pte añcedētis ex signis habitis supra de canino appetitu ꝛ bolismo caliditatem significantibus.

Pronostica. Non aliter q̄ de canino appetitu ꝛ tu ibi.

Cura Canones si affuerit sincopis curetur sincopis. vt supra de bolismo ꝛ sincopi magis. Si vo non affuerit: sed timeatur de ea futura. Canones. ¶ Primus canon ꝙ non tardetur in eis cibus. sed d̄tur ante eius aduentuꝫ ꝛ exhibeatur panis infusus in vino frigido vt granatoruꝫ de citoniis ꝛ huiusmodi. Et regatur regimine dicto de bolismo ex causa calida faciendo euacuationes digestionē ꝛ ꝯfortationē. vt ibi memoratum est: phibēturq̄ a somno multo: ne inflāmeť ꝛ colera. Tuq̄ pro eius completa cura recurre ad ea que de dolore stomaci dicta sunt: ꝛ tu considera illa. Et nota ꝙ in isto casu valent cibi frigidi stiptici. vt faba ꝛ huiusmodi: ꝛ grossi.

¶ De siti. Rubrica. xx.



Um in pñtiarū loqui de egritudinibus mēbrorū: intēdamus hic de siti nō nāli loq: vt de fame actū est. ¶ Est itaq; sitis nō nālis tristis sensatio stomaci qua irritatur ad querēdū potum frigidū ⁊ humidū. Vn̄ 2° de aīa. est appetit⁹ frīdi ⁊ humidi. Cuius cā est mala cōplexio calīa ⁊ sicca: mālis aut imālis: ⁊ dī mala cōplo sicca aut calīa: ⁊ non dī sicca ⁊ calīa: q2 ab vtraq; sola pōt causari sitis. vt in fozl. uicēsi. 2° tegni. qōne de siti. ⁊ fuit sñia Gal. p̊ de simplici medici. distinctione 6ª. ⁊ dī sitis siccitate: q2 ꝓprie est sicut siccitas. ¶ Et ante positionē causarū: nota q̄ non semp in siti est necessaria humidi radici ꝯsumptio tanta quanta est necessaria pro causando sitim. vt patet in prima assumptione piperis. nam causat sitis ⁊ non est verisimile q̄ tanta fuerit facta resolutio quāta erat necessaria pro siti causanda.

Cause De causis aūt hoc ordine scribitur: cause sunt: qm̄ ois causa: aut est in stomaco p se aut est ab ex̄ veniēs: aut est in eo p cōitatē ab alijs mēbris. ¶ Exemplū pmi. sicut sitis que est a mala cōplone māe calīe colerice aut flātice in rugis oris stomaci cōprehēse. Aut alterius putride ebulliētis in eis: sicut qñ accidit ex ebullitione flegmatis dulcis. ¶ Exēplū scōi vt ab aere calīo estuoso. vt añ canē ⁊ sub cane cibis salitis calidis. vt agrumīnibus alleo cepe cibis grossis iflāmatiuis: aut exiccātibus vt̄ fabe carnes vaccine ⁊ hꝫ reb⁹ alijs calīs vt est piper zinziber comestione supflua qñ stōus laborat in digerēdo ⁊ eleuant multi vapores calidi potu aque salīe que aliqñ pducit ad mortē cū nō succurrit. 4°. de accñti ⁊ morbo: ⁊ maxime cū multa potat: vt sepe faciūt naute cū deficit eis aq̄. Nā inducit eius pot⁹ mult⁹ ⁊ vsus pūctionē ⁊ excoriationē itestinorū qb⁹ moriunt. pot⁹ vini veteris inflāmātis ⁊ cōburētis sitientē. Nā ex e⁹ potu inflāmat cerebrū: ⁊ cor ⁊ inducit sic se. frenesim ⁊ tādem mortē. Itē pot⁹ medicinarū sitim facientiū. Itē sōnus mult⁹ sup cibos calīos fact⁹. Itē factus lōgus in ieiuno maxime stō existe calīo collico. Item vigilie supflue exiccātes. Itē exercitiū forte. Nimia locutio exiccans humiditatē. Statio lōga in estuarijs pp qō nō miremur si vltramōtani multū bibūt. Itē coitus supfluus: eio supflua nālis: vt est fluxus mult⁹ vel cū medicina facta: ⁊ cū sitis seqtur eiōnē medicine sigt̄ q̄ opatio e⁹ facta est. Auic. Itē accñtia animi vt est timor fortis sicut appet in his qui ad patibulū ducunt. Retēto. n. calore spūalia iflāmant que iflāmatio ori stōi cōicat pp ꝓpinquitatē ad ea ⁊ pcipue ad cor. Itē morsu aīalium venenosorū. vt vidi i Johāne ciconia ꝯtore qui morsus a cane rabido semp sitiebat. ¶ Exēplū tertij fit qñq; a toto vt in febri. arsiuis vt a vaporib⁹ corpe eleuatis. ¶ Et hic notat q̄ in qbusdā febri. accidit q̄ febriētes non cessant bibere: ⁊ non cessant donec moriant inde i porismo. Aui. nāq; se. est qñq; in mā grossa idigesta ⁊ inflāmata valde ⁊ putrida: ⁊ p potū aque nimiū nō digerit: sed igrossat magis: ⁊ fit ꝯtumē magis inobediens expulsioni: q2 magis igrossat: vñ pur remanēte calītate putredinali in mā ita grossa accēdit sitis ⁊ nō saciant donec moriunt. vt est videre in febrib⁹ pestilēnalib⁹. ¶ Qñq; a mēbro pticulari vt in hydrope: nā facta opilone in venis epatis remanet in venis illis grossum opilans ⁊ aquosū resudat in vētrē: q̄re mēbra remanent exiccata cupiētia irrorari. Itē ēt tūc ꝯtingēte opilone in mesaraicis phibet trāsitus pot⁹ ad epar. ¶ Itē in ꝯpate epatis ꝯtingēte p viam resolonis: vñ attractiua debilitat: quare non attrahat aquositatē debitā: ⁊ silr a frigiditate positiua ꝗ idē faciēte: nec incōueniēs q̄ a duobus ꝯrarijs idem ꝓueniat effectus diuersimode. ¶ Itē in colica. nā ꝯstāte repletione in intestino colon fit opilatio in venis mesaraycis multis: q2 ad ipsum terminant multe: ⁊ opilatio in mesaraycis recti: ad qō ēt multe terminant: quare phibet trāsit⁹ a quo stratis cibi ad epar: ad qō cōcurrit q̄ colō equitat stomacum: ⁊ ipm cōprimit: ⁊ ēt alia itestina gracilia vt apparet ad sensum: vñ opilatio grādis sequit in mesaraycis: ꝓpter qō sitis causat per modū qui dictus est. Item a caliditate pulmonis stomaco cōicata: ⁊ hec est fortior q̄ illa que fit cōmunitate caliditatis epatis. Auicē. ¶ Q. si dicat epar stomacū amplectit. ¶ Dī q̄ verū est quo ad ptem inferiorem: sed pulmo magis appropinquat ori stomaci: vbi est appetit⁹. vt pꝫ in anothomia. Item pōt pbabilr dici q̄ maior est inflāmatio in pulmone cū sit mēbrū collicū. ¶ Itē calītate renū vt in dyabete trahēte ad se oēm humiditatē aquosam: q̄re mēbra exiccata remanēt. ¶ Item calītate aut siccitate ꝯtingēte in algamasar: ⁊ amigdalis radicis lingue que os stomaci humectare ꝯsueuerunt. ¶ Itē ex caliditate intestinorū stomaco cōmunicata. ¶ Itē in ptisi caliditate putredinali ori cōmunicata.

Signa demonstratiua sensus ⁊ molestia: q̄ si fuerit ex mala cōplexione imateriali: aut materiali. signa habentur ex iam dictis de ea. Ut si ex calida colerica amaritudo oris: aut salsedo si est flegma salsum: ⁊ cō similiter de alijs.

¶ Signa si est ex opilatione maxime que est inter stomacum ⁊ epar seqtur fluxus ventris q2 materia ad epar mitti non potest.

¶ Signa si ex caliditate renum in dyabete scit: q2 nō sedat ex potu aque: imo aqua ad renes trahit ⁊ indigesta: ⁊ per virgam emittit: ita q̄ sitis ⁊ prouocatio vrine sese consequuntur vt infra de dyabete.

¶ Facta cōitate pulmonis: aut cordis cognoscit: q2 remittitur frigiditate aeris ⁊ vigilia cōfert: q2 in ea fit eio: eio: ⁊ somnus nocet: q2 fit in ea supcalefactio.

¶ Signa e⁹ que est a siccitate meri: sciunt: q2 est parua debilis cui ꝯfert somnus. ꝓpterea: q2 humectat ventrē. Sed dices. Aui. dicit ꝓprio cap̄: q̄ sitis vehementior est illa que fit ab ore stomaci: deinde illa meri. hic aūt q̄ est pua debil. ¶ Dicēdum q̄ est fortis ꝭm se ⁊ debilis rōne cure.

¶ Signa eius que est ex calore signa: quia confert vigilia ⁊ somnus addit in ea.

¶ Signa si est a cōitate male cōplexionis epatis cognoscitur ex notitia male cōplexionis ipsius epatis calīe ⁊ sicce. Itē si est apostema in eo calidū: aut non calidū: ⁊ ita ꝯsilr de alijs membris dicendum est.

¶ Signa si ex toto cognoscitur per malam complexionē calidam ⁊ siccam in toto.

¶ Signa si fuerit ex alijs causis. Cognoscuntur ex processione illarum causarum.

tate tēdit deorsum ad intestina: ⁊ iducit excoriationē: ⁊ preci
pue qn̄ est acetosa. ꝓpterea nota quare dissinteria. si a felle
nigro inchoauit: mortale. affo. q̄rta. ¶ Appet q̄rto quare
ingossatio splenis est cā arefactionis corporalis. nā sic idu
cit ascitē: vt supra de cāis ascitis. Et scito ꝙ eūe melanco
lice absq3 fe. significat debilitatē ꝯtētiue eius ⁊ fortitudinē
expulsiue. ⁊ cum multiplicat̃ eius retentio est econtra. aui.
⁊ ꝯñs de dispōnibus fellis: vt supra premissum ē. dico ꝙ l3
fel pati possit malā ꝯplōnē: malā ꝯpositionē: solutionē cō
tinuitatis ⁊ ap̄a: q̄uis raro fiat in eo ap̄a. nihilomin⁹ aui.
de cura hoꝝ mētionē nō fecit: volēs vt ꝙ notitia iam da
ta de dispōnibus epatis innotescat nobis modus ꝓcedēdi
in cura haꝝ dispositionū iā dictaꝝ. Si ꝯtingeret fel ipsum
aliquā ex ipsis aliq̄ mō pati: cui i mō cure a cura dispōnum
epatis nō differāt. sed secus de splene vt infra. quā ēt doctri
naꝫ ceteri seruauerūt. ꝓcedit. nāq3 aui. imediate ad practi
candum de ipsa icteritia. ⁊ p̄ de citrina q̄ accidit ex causis
ꝯtingentibus ēt ipso felle. vt statim infra apparebit.

¶ De icteritia citrina: Rubrica .ij.



Icteritia citrina est alteratio corporis fe
da ad citrinitatē tendens ꝓp
cursum humoris citrini ad cutē: ⁊ que sequit̃
ipsam sine putredine. Et dr̃ icteritia ab aue vi
ridē hn̄te colorē q̄ galb⁹ dr̃. ab aliqb⁹ pēdulina
suspēdit. n. nidū igeniose sub nuce. ⁊ mō icter is. dicta. iuxta
illud. Carpe viator iter sub arbore ꝯtinet icter. hec ꝯcilia
tor. dr̃ia. lxxviij. ¶ Dicit̃ feda ⁊c̃. vt quidā qm̄ ⁊ si flegma
sic ad cutē ꝓpelleret̃: vt colera ipsa nō defedaret̃ corp⁹ co
lore fedo. Unde hic soluit̃ ꝓbleuma q̄re nō repit̃ icteritia
alba proueniens ex tertio hūore. s. a flāte sicut a melācolia
⁊ colera cū ad cutē non sit minus ꝓpellibile q3 melācolia.
Unde notandū ꝙ flā nāle transit cū sanguine ⁊ ab eo nō se
parat̃. ꝙ si ꝯtingeret eū separi: ipsum tn̄ nō posset sine eo ꝑ
totum corpus expandi propter eius grossitiem ⁊ viscosita
tem. ⁊ hoc dico in multa quantitate. nam in pauca potest
defedare cutem in morfea alba que accidit vitio tertie di
gestionis: ⁊ icteritia secunde. Et si contingat flegma super
excrescere ⁊ cum sanguine mitti ad totum: tunc reddit cor
pus pallidum ⁊ plumbei coloris. Q3 si hic color non sit na
turalis: tamen fedus dici non debet: vt est color ictericorū,
cum non sit a naturali multum distans: vt ictericorum ꝓ
pter quod non causabit icteritiam: q2 non causabit colorē
fedum ad intellectum datum. Q3 si quis proteruus vellet
pur hoc concedere habet ponere icteritie species quatuor.
videlicet citrinam. nigram. viridem. que ex commixtione
vtriusq3 fit humoris: ⁊ albam que res ab auctoribus nō ē
inuēta. Nā solū tres icteritie spēs album oīno subiicientes.
Dicitur ad citrinitatē ad differentiaꝫ nigre: de qua post di
cetur. sine putredine ad declarandum ꝙ de rōne colere sic
sparse non est causare febrem. Q3 si contingat ipsam putre
fieri faciet tertianā. aui. ¶ Sed forte dicet aliquis contin
git tertianam continuaꝫ terminari ꝑ icteritiam: vt p3. ⁊ tn̄
ad cutē erit pulsa talis colera iam actu putrida. g̃. ¶ Pro
isto itaq3 notandum ꝙ icteritia ab alijs differt. quoniā in
icteritia non cretica colera admiscetur sanguini: vt infra.
⁊ non solum ad ꝑtes cutaneas ꝓpellitur: vt in cretica. s3 ad
musculos ⁊ ad ꝑtes alias carneas sub cute existes ⁊ intrin
secas. quapropter necessariū est si putrefieret ꝙ febrem ge
neraret tertianam. In cretica v̄o colera nō ē sanguini ad

mixta sed ab eo separata: expulsa ad partes cutis exteriores: propter quod accidit: vt ex eius distantia a corde febrem nõ causet: quare diffinitionem de nõ cretica ab Aui. datã esse intelligas.

Cause de cãis icteritie citrine. dicẽdũ q̃ lz duo sunt mẽbra a quorum nocumẽto accidat icteritia principaliter: epar. s. ꝛ fel: tñ qz sermo in pñti est de citrina solũ. iõ de ipsa prius: quõ. s. a nocumẽto epatis puenit. Ab epate qdẽ qz a mala cõplone eius calida valde. Aut malitia cõpõnis eius. Aut debilitate ṽtutis sequestratiue ꝛ expulsiue eiusdem. ¶ A mala qdẽ cõplone vt cũ supflue calefit a reb⁹ supcalefacientib⁹ ipm: aut pp cõpa eius calim: aut ex vsu rerum calidarũ: cuiusmodi sũt dulcia pinguia: vina potẽtia aromatica ꝛ hõ apta in colerã faciliter trãsmutari: aut exercitiuz forte: pp qõ successit puatio sudoris ꝛ respiratiõis ꝛ flõie pp qõ in eo incensus ẽ sanguis: ꝛ i vẽis ẽt tot⁹ q i colerã mutat⁹ ipsa sic supfluẽte corp⁹ totũ defedat: ꝛ icteritiaz cãt. ꝛ tũc dicũt vulgares q̃ talis ẽ supcalefactus. nã sanguis ex multo calore ũertit i colerã saltẽ fm eius ptẽ subtilẽ ꝛ ventuosã. Jdẽ ũtingit ex statiõe i balneo calo multum. cõsilr ũtingere pt ex statiõe sub sole. ꝛ in ũsidera. ꝛ hec p se agũt. Dico de p se qm̃ de p acciñs frigiditas h̃ facere posset constipãdo poros ꝛ fortificãdo calorẽ ad intra: ita vt sequat corum cognitio ꝛ supcalefactio: q̃re cũ ũmouent vẽti septentrionales i estate frida icteritia causat. vt aui. ¶ Consilr si pp friditatẽ sudor retineat ũsuet⁹. nã mã sudoris ob caliditatẽ itrinsecã: sic p friditatẽ retentã i mãm colicam conũertit: ꝛ facile cũ sit pna ad hec cuz sit aquositas sanguis cũ pus colericũ admixtũ ẽ 2⁹ canonis. Et dictũ ẽ pncipaliter: qm̃ ẽt vt declaratũ est a toto contingere põt sanguine supcalefacto i toto p modos q iã expsli sũt. ¶ Jtẽ ex morsu aialiũ venenosorum: vt ẽ tirus: vespa grossa: ꝛ sic de alijs. Nã a caliditate veneni supcalefit valde: ita vt ẽt sanguis totus corrumpat: ꝛ ad mãm colere deducat ꝛ sparsus icteritiaz cãt. ¶ Jdẽ opant medicie venenose bibite: vt fel leopardi ꝛ viperarum: ꝛ marie cũ sũt tales q̃ nõ iterficiunt. Nã venenũ fm plm̃ũ appet subito. Accidit itaqz ex supercalefactiõe epatis colerã multiplicari ꝛ sua multitudie sãguie supuincẽte sic corp⁹ defedare. ad cui⁹ ẽt multiplicationem marie opat mã multũ cholosa ad ipm sic calefactũ transmissa: apta. s. in colerã ẽt ipsã ũuerti. ¶ Jtẽ ũtingit sanguinẽ emoroidalẽ aut mẽstruorum retẽtũ regurgitare ad epar ꝛ ibm distempare ad calm. vñ i eo sequit ebullitio: ꝛ eius qdẽ trãsmissio ẽ i colerã ũuersio. q̃re. Jtẽ ꝛ supercalefit epar facta nimia eũone sanguis iuxta illud q̃rta pmi. de flõia. Caue ne egrũ ad alterũ. Ex qb⁹ oib⁹ patere põt quõ ẽt i febrib⁹ ꝛ marie colericis cõtingere põt icteritia: q̃ aliqñ apparet i febrib⁹ añ septimũ: qñqz in septimo. ꝛ in q̃rta affo. ¶ A mala ãt ũpõne qm̃ ex opilatiõe ũtingẽte in meatu p quẽ colsa ab epate mittit ad fel seu chistiz: aut ex opilatiõe ũtigẽte in suba eius añ dictũ meatũ: vt ex aposte: vel alia cã. aut ex opilatiõe exñte in vẽis: qz i venis q̃ sũt inter epar et corp⁹ ipm. vñ ũtingat q̃ subtile colericũ trãsit: ꝛ nõ grossũ sanguineũ. ꝛ sic corpus defedat i colore multa colera: sua subtilitate transeũte cũ pauco sãguine. ¶ A debilitate ṽo ṽtutis: qm̃ vt⁹ sequestratiua ẽ debilis ꝛ expulsiua silr: q̃re colera in epate gñata in eo remanet ꝛ ipm discrasiat ad calidum. vnde sanguis p̃ multũ a colera inficit. deide epatis caliditate supflua ipsi⁹ sanguis pe magna in colam ũuertit. vt. s. q̃re accidit icteritia. Et si q̃rat q̃re in dispõnib⁹ epatis nõ ptractatũ ẽ de icteritia cũ ab ipso vel cã eius frequẽter veniat. Dicendũ p̃ q̃ hoc ideo aui. ꝛ ceteri qs secut⁹ suz fecerunt vt ẽẽnt breuiloqui: nec vt de re ipsa in aliquo loco impfecte scriberẽt. cũ aũt icteritia sit magis ppria felli q̃ epati: vt haliabas ex cã eius vt frequẽti⁹ eueniens tardauerũt vsqz ad locũ de dispõnibus fellis pertractare de ea vt ũplet⁹ de ipsa ꝛ insil: ꝛ nõ sparsa haberet notitia.

¶ Secũdũ membrũ ẽ fel qõ ꝛ pati põt malã ũplonem malam ũpõnẽ: ꝛ ṽtutis fortitudinẽ: ꝛ debilitatẽ. ¶ Calefieri .n. põt a cãis ũsilib⁹ qbus epar ꝛ sua caliditate colera ipsa ignita põt ꝛ sanguinẽ ignire. epar calefacere ꝛ cetera que pñt eẽ cãe icteritie. vt supra. Jtẽ põt pati cõpa calidũ: qõ ẽ raro. ¶ Malã ũpõnẽ qz opilationẽ. s. aut i collo cõi: aut i meatu q est ad duodenũ ꝛ ad intestina. aut in meatu q est ad stõm. aut in vtroqz sil. ꝛ signa distictiua ponẽt. ¶ Accidit ꝛ qñqz opilatio i meatu ad intestina pp flã viscosum exñs in intestinis añ faciẽ ipsi⁹ meat⁹ sicut i colica frequẽter. in quo ẽt accidit vt existimo ex forti dolore epar ꝛ colerã inflãmãte. ¶ Accidit ꝛ qñqz icteritia in colica ꝛ nõ ẽ colica cã icteritie. sed ambe cõicant in cã vna. ꝛ ẽ opilatio preterita q̃ peruenit ad meatũ fellis anteq̃ accideret colica ꝛ phibet colerã effundi ad itestina ꝛ abluere ea. postq̃ g̃ phibita fuit ad hoc vt effũderet ad itestina: ꝛ nõ fuerũt abluta. ꝛ multiplicate sunt i eis humiditates: ꝛ ũmouent colicã: ꝛ accidit vt colsa redeat ad corp⁹ q̃re ũmouet icteritiã. ¶ A debilitate ṽtutis eius ꝛ p̃cipue attractiue cũ non attrahit ab epate: vt dz ꝛ colera remanet i epate ꝛ fit icteritia p modũ q dictus est. ꝛ maxime hoc accidit qñ ei cõucat debilitas expulsiue epatis. ¶ A fortitudie attractiue. vt qz chistis ipleť multũ ꝛ a colsa multũ extẽdiť. vñ virtus deinde debilitat. ꝛ qz ex tali repletiõe fit opilatio i via itestinorum accidit ṽtutis sic debilitata amplius nõ trahat. ꝛ tũc colera regurgitãs icteritiã cãt. Jtẽ a fortitudie retẽtiue fellis: vt cũ accidit q̃ retineat colsa mlta in chisti ad ipsũ trãsmissa subito ei⁹ multitudine: vel alia cã. quare accidit opilatio in meatu trãsit⁹ cole ab epate ad chistiz. vnde colera deinde in epate retinetur ꝛ icteritiam causat.

Quidã dixerũt ipsam fieri cõitate intestinorum ꝛ marime colõ qñ in eo aggregat colera plurima ꝛ non egredit ab eo. nec p solutionẽ vel alio mõ. vnde natura retinet colerã in chisti cũ eius trãsmissio in intestinis nõ sit necessaria. sed hoc lõgiquũ aui. ꝛ pap. euenĩẽs. ideo nõ me extendo. ¶ De cretica autem dicatur q̃ causa eius est fortitudo virtutis expulsiue colerã expellẽtis tanq̃ nocumentuz. q̃ si fit in die cretica cũ signis bonis bonum. si in die non cretica ꝛ signis digestionis non apparentibus malũ. iuxta affo. 62. q̃rte particule. Quibuscunqz in febrib⁹.

Et in summa oẽs cãe icteritie ad tres reducũtur. Aut ad malã complexionem calidam vel frigidã cuz apostemate: vel sine apostemate. Aut ad opilationẽ. Aut ad debilitatem virtutis epatis ꝛ fellis.

Signa demonstratiua eius que est ex vehementia caliditatis epatis in sep:o sunt color citrin⁹ cõtinue apparens ꝛ in albis oculorum semp. ꝛ non accidit eis magnum nocumẽtum. nisi cuz superfluit ꝛ valde ample sunt vene eorum ꝛ manifeste. ꝛ non albescit egestio in ea sicut in illa que fit ex opilatione. immo quãdoqz tingitur plus solito: ꝛ vrina in eis est semper tincta aut incensa valde. cum spuma crocea. ꝛ non sentitur grauitas in latere dextro sicut in opilatiua. sed magis inflammatio ꝛ caliditas: ꝛ multiplicatur sitis: ꝛ minoratur appetitus: ꝛ exiccatur corpus: ꝛ raro fit subito. Qz si fuerit causa inflãmationis colere in ipso felle. tunc assiduatur citrinitas: ꝛ deinde fit facies nigra sola: quando scilicet inflammatio vlterius procedit. Nam colera que ad superiora transmittit calidior. ꝛ ideo cum facies sit membrum humidum splendidius ꝛ lucidius ceteris ꝛ calidum excessiuuz agens in humidũ denigrat. prima primi. de humoribus. hinc nõ est tñ ita nigra sicut in splenetico. Albificatur lingua. quia colera in felle retinetur ꝛ non vadit ad stomachum ꝛ intestina. macrescit corpus: qz epar a colera inflammatũ sanguinem ũsumit nutricationi aptum. Stipticitas ventris quoniã colera sic inflãmata feces exiccat. albescit vrina ꝛ fit sub

tilis ex retentione colere. ¶ Qz si fuerit caliditas totius ictuic
totũ corp⁹ ad tactũ sentiẽ calidũ: ꝛ accidit pruritus: ꝛ mino
ratur appetitus ad res dulces grossas: ꝛ augetur ad acetosas.
ꝛ egestio nõ variatur i colore cũ debita substantia: ꝛ silr vri
na. ꝛ sentiũtur vene calide in colore alterate: ꝛ nõ sentitur lesio
in epate ꝛ felle: qꝫ grauitas ꝛ hꝫ. vt in opilatione. ꝛ aliqñ ẽ
egestio tincta: ꝛ nõ reperitur aliquod singulare signũ de mali
tia cõplexionis epatis: ꝛ nõ fit subito sicut illa q̃ ẽ ex opila
tione vie ab epate ad chistim. ¶ Qz si fuerit multitudine
exuberantis colere. tunc aderit vomit⁹ colericus. solutio vẽ
tris ꝛ vrina rubea: spissa: aut viridis: ꝛ icteritia remanebit
in eodẽ statu: ꝛ multotiens erit absqꝫ fe. ¶ Qz si fuerit pp
apa calm signa qꝫ ad ipam sequitur fe. ɔtinua: dolor intrinse
cus in latere dextro. ꝛ qꝫ vrina ẽ rubea: spissa: aut viridis: ꝛ
pulsus diuersus: ꝛ velox: ꝛ frequẽs: cũ q̃dam asperitate quã
facit in pulpis digitoꝝ tangẽtis. ꝛ qꝫ regimen precessit ex
rebus calidis assumptis ꝛ hꝫ. p quibus oĩb⁹ cõpletius habẽ
dis recurre ad ea que de apostemate calido epatis dicta sũt.
ꝛ silr si ex frigido accidenit.

¶ Signa demõstratiua icteritie q̃ ẽ ex opilatione variatur fm
variam opilationem. Que quidẽ opilatio in sũma triplex
est ex pte loci diuersificata. Nã aliqñ est opilatio i orificio
chistis qꝫ adheret epati ꝛ in ipso epate. ¶ Secũdo in orifi
cio chistis p qd colera transmittitur in intestina. 3⁹ in orificio
p qd colera transmittitur stõ. ¶ Signa pme opilationis sũt
grauitas in latere dextro ex retentione mãe: ꝛ grauedo in
mirach: ꝛ dolor ꝛ inflatio apud cibum: ꝛ prurit⁹ in toto le
uitas somni sup latus sinistrũ. ꝛ qꝫ egestio fit alba paula
tim: ꝛ qꝫ vrina ẽt paulatim fit alba: ꝛ hic hꝫ locũ cum epar
retinet pp sui debilitatẽ totã colerã: ita qꝫ nihil de ea cũ vri
na transmittit. aut qꝫ virtus epatis discretiua nõ facit illã
separationẽ in supfluitatibus: ita qꝫ tota colera in epate reti
netur ꝛ in venis: ꝛ cũ hũoribus: ita qꝫ nihil cũ vrina ꝛ egõne
trãsmittitur. sed qñ colera in epate retẽta mãdatur cum vrina:
qꝫ sepe fit in hac opilatõe. tunc vrina est turbida: spissa: ru
bea: ꝛ est ifirm⁹ absqꝫ vomitu ꝛ oris amaritudine: eo qꝫ ni
hil aut q̃si nihil de colera ad stõm transmittitur. ¶ Signa
secunde opilationis ꝛ spalr qñ nõ est in epate nocumentũ
aut ex pte p̃teriti vel pñtis. sed solũ ex retentione colere sũt
qꝫ talis icteritia subito fit subito: fit oris amaritudo vehe
mentior q̃ĩ in icteritia: q̃ fit pp debilitatem attractiue cor
poris fellis. de qua infra. Et est egestio sillis egõni canũ: cũ
difficultate exit⁹ eius: ꝛ intẽditur ipsa icteritia. qꝫ si acciderit
hic opilatio cũ debilitate epatis: nõ potẽtis a se expellere su
perfluitates: vel cum debilitate sequestratiue eius. tunc cũ
his signis erit vrina citrina remissa. Qz si predicta duo nõ
aderunt: fiet vrina valde tincta ꝛ spissa pp duplicationem
colere que mittitur cum vrina que ad intestina mãdari ɔsue
uerat ꝛ mõ nõ mãdatur. ꝛ appet aliqñ vomitus colere. Qz si
opilationis talis cã fuerit humor grossus. tũc illud significat re
gimen p̃teritũ ex pte ciboꝝ ꝛ potuũ grossoꝝ viscosoꝝ me
lãcolicoꝝ terrestriũ: ꝛ hꝫ. hitudo: etas: ɔplo: ꝛ hꝫ. Qz si cã
fuerit nascẽtia alicui⁹ rei: aut incarnatio significabit illud assi
duatio icteritie: ꝛ assiduatio signoꝝ opilationis: ꝛ puitas
iuuamenti in administratione apitiuoꝝ ex clisterĩs ꝛ aliis.
¶ Signa tertie sũt qꝫ vrine digõ grosse: rubee: sicut bolus
armenus: aut vrina est spissa: crocea: ꝛ egõ tincta pp mul
titudinẽ effusionis colere ad intestina. ꝛ qꝫ infirmus nullã
oĩno oris amaritudinẽ percipit: ꝛ sine vomitu oĩno. ¶ Cõ
tingit ꝛ has opilationes cĩri a frigiditate extrinseca qñ est
excessiua ꝛ vsu rerum frigidaꝝ opilantiũ: de quibus oꝫ sta
re iudicio infirmoꝝ vel astantium.

¶ Signa qñ est ex debilitate virtutis expulsiue aut discreti
ue epatis: qꝫ non est tinctura vrine vehemẽs valde sicut in
opilatiua. ꝛ non albificatur egestio in totum: ꝛ nõ sentitur gra
uitas q̃ est in opilatione: q̃qꝫ associantur ei egestio sangui
nolenta ꝛ signa debilitatis epatis. de quibus supra.

¶ Signa si fuerit debilitate ipsius fellis: qꝫ attractiue ei⁹ sit
qꝫ est nausea vehemens vomitus colere absqꝫ grauitate in
epate ꝛ amaritudo fortis. ꝛ fit paulatine: ꝛ in eius genera
tione fit color egestionũ inter albũ ꝛ citrinũ: ꝛ vrina est tin
cta valde cum non fit ibi debilitas expulsiue.

¶ Signa venenose significant. Morsus. si est ab aiali. Qz si
est veneno significat ipsam. preterea sanitas ꝛ bonitas hu
moꝝ. ꝛ qꝫ fcã est subito postea. nã venenũ subito spargitur. ꝛ
est absqꝫ alteratione egestionũ ad albedinẽ.

¶ Signa si ẽ a vmib⁹. sig̃ vmũ appet de quib⁹ i sequẽti ca⁹.

¶ Signa cretice qꝫ fit post febres acutas hñtes crises: ꝛ sũt
cum ea signa alia crisis: vt nausea subuersio vomitus cole
ricus instãtia vigiliarum sitis puitas appetitus amaritu
do oris: puitas anhelit⁹: siccitas nãe: ꝛ hꝫ. Et h̃ postremo
scito qꝫ pulsus in icteritia est puus pp debilitatẽ virtutis.
sed nõ vehemẽs: qñ colera est leuis calida. durus pp vehe
mentiã siccitatis. nõ velox qñ vĩtus non est cũ illa fortitu
dine pp malitiã ɔplonis: ꝛ signa male epatis ɔplonis req
re supra quando tibi necessarium iudicabis.

¶ Signa si fuerit cõitate alicuius mẽbri vt intestinoꝝ. vt in
colica appere ɔsueũt: aut mẽciis vt appet aliquando in do
minabus cupientibus ,plem que regimine calido vtuntur ex
pte reꝝ calidaꝝ mẽci applicataꝝ scitur narratione infirma
etiã ex pte dispositionis male ipsoꝝ membroꝝ.

Pronostica

in plurib⁹ icteritijs citrina ꝛ nigra tingitur vrina. ꝛ quãto magis vrina
est plus tincta. est acutior. ꝛ magis significatiua sanitatis
epatis ꝛ vĩtutis ei⁹. aui. ¶ Malitiã āt ꝛ bõitatẽ cretice signi
ficant signa bona aut mala: q̃ cũ crisi cõcurrũt. de qb⁹ ĩ tati.
Qz qñ fit in febre acuta añ septimũ: aut si in die cretica ma
lum: ꝛ quarto asso. vt infra in asso. Nam sic significat: aut
debilitatẽ vĩtutis: aut multitudinẽ mãe quã regulare non
põt virtus. vñ in septimo ꝛ vndecimo. bona si dextrũ ypocõ
driũ nõ duꝝ fiat. ꝛ si fit cũ digestione mãe. ẽt secũda quar
ti de iudiciĩs icteritie. Icteritia añ septimũ ẽ mala: nisi suc
currat ei fluxus quẽadmodũ qdã existimauerũt: ꝛ est fm
ɔsiderationem. ¶ Cũ aũt accidit icteritia in fe. ꝛ fe. nõ sol
uitur post ei⁹ apparitionem. tunc est fm sentẽtiã sinthomatis ꝛ
nõ crisis de tali icteritia ante septimũ. aũt viaticus medicus
nõ se debere intromittere. nã raro curatur. Si icteritia facta
nõ curatur: nec resoluitur eius mãtimor est in ea ꝛ in pluribus
eorum fit mors subita nisi virtus fuerit fortis. ¶ Cũ epar
est in icteritia durũ est signũ malũ: ꝛ apud quosdã incura
bilis ꝛ ita cũ ea cõmoriuntur. ¶ Icteritia in q̃ vrina est simi
lis orobo cũ qua est ɔfundatio in ventre ꝛ fe. tremor debi
lis: debilitas in locutione interficit vsqꝫ ad. xuĩ. ¶ Icterici
non inflantur valde: pp̃terea qꝫ de colera fit icteritia: ꝛ nõ ex
ventositate: aut aquositate. Qz si inflantur malũ. antequã
multũ inflentur moriuntur. vñ si eis superuenit inflatio ꝛ nõ re
soluatur: moriuntur. ¶ Icteritie emorroidos innate. bonum:
qñ p illam viam nã cũat. ¶ Signa mortalia. In icteritie
immensio croceitatis in corpore. Remissio vrine sine aliq̃li
alleuiatione. Insomnietas. Ablatio appetitus. Mollifica
tio neruorum linguam mouentium: ita qꝫ vix loq possunt.
Et horum contraria sunt bona. ¶ Icteritia que venit ex
crescentia alicuius rei facientis opilationẽ: vt supra nonni
detur ad curandum possibilis.

Cura

Canones. Primus ordinatio diete. Secũdus ab
scisio cause. Tertius remotio accidentis: qꝫ citri
nitatis que est in cute ꝛ oculis.

Primus

ɔplet cũ regimine ad ɔtrium cãe declinan
te: vt qꝫ si fuerit ex mala ɔplone iflãmãte
cũ extinctiuis colere: ex pte ciboꝝ ꝛ potuũ: ꝛ alioꝝ: vt syru
porum ꝛ hꝫ. de quibus oĩbus tertio ꝛ quarto tractatu: ꝛ
vt fieri potest habeant etiam vim aperiendi. vnde aqua or

dei aqua cicoree ⁊ hõ sunt ɔueniẽtia. ꝙ si fuerit ex opilone dentur deop. latiua in via cibi ⁊ potus. in alã ẽt ɔplone vt possibile est respicientia. ¶ Item euitet nauseatiua satietates ⁊ crapula a cibis opilantib⁹ se abstineat. de qbus q̃rto tractatu. ⁊ ɔsilr de aliis suo mõ. Et laudaꝛ multũ caro eritij in icteritia pp ꝓuocationis sue multitudinẽ siue fortitudinẽ ⁊ mundificationis ⁊ cõuenientie eius ad epar.

Secundi canonis ɔplemẽti hẽt ex ɔplemẽto omniũ cãꝝ. q: eaꝝ oium remotione a qbus ꝓuenit icteritia: vt seriatum dcm est in pn° rubrice. vñ sic per ordinem ẽt ꝓcedit. ¶ In cura itaqꝫ facta a mala ɔplone calida vt supra oꝫ medicũ diligenter attẽdere si icteritia ẽ cũ fe. aut nõ. Q; si fuerit cũ febre fortia debẽt infrigidantia ⁊ humectantia approximari. ⁊ quo advnã ⁊ plures applicationes. si vo non. cũ remissioribus. Exẽplũ vt in p̃ casu cuꝫ nenufare. Exẽplũ scdi. vt cũ endiuia. vñ in primo casu cuꝫ talibus ad scdm ⁊ tertiũ declinantib⁹. Et in secũdo cũ talibus. in pmo de qbus supra tertio ⁊ quarto tractatu. ¶ 2° ꝙ statim fiat flõmia. nã existimo in oi icteritia flõmiã competere: ⁊ marie in nõ cretica. qm̃ in tali est ĩp admixtio colere cũ sanguine: vt pꝫ in declaratione descriptiõis icteritie superi° posite: ⁊ marie fe. exñte ɔtinua: qm̃ signũ est ꝙ mã ex maxima sui pte est ad intra venas ɔprehensa. vñ ⁊ placẽtiu° fiat flõia in oi icteritia de saluatella manus dextre siue fuerit cũ fe. siue nõ. postq̃ꝫ vrina infirmi visa fuerit spissa colerica vel colorari multũ: q̃ꝫuis spissa non fuerit: quia vtilis erit valde. Noiat Aui. basilicã vel saluatellam ⁊ subdit. Uenaꝝ q̃ sũt sub lingua ex eo ꝙ narrauerũt qdã. ⁊ si nõ fuerit illud: tũc vẽtosatio sup locum epatis sub spatula dextra: aut sub eo in spatio qd est sub costis. Sed ꝓ his vide q̃ scripta sunt de cura male cõplonis calꝫ epatis supra. Postremo hic nota de flõmia. lra Aui de cura icteritie inquit. Si ẽ illic repletio sanguinea aut colerica cũ eñone amboꝝ in pncipio rei sanguinis qdã p flõmiam sicut ex basilica ⁊ colere p solutionẽ vẽtris: q̃si velit ꝙ pus debemus facere flõmiã. deinde solonẽ. maxime cum in pn° sit repletio sanguinea: q: sanguinis mali colere commixti considera. ¶ Et anteq̃ꝫ ꝓcedat ad aliũ canonẽ hic particularẽ: q: dictũ est ꝙ debent admistrari frida ⁊ humida fortia ⁊ mit° fortia hinc talia enumerabo conuenientia. Et sunt. acetosa: alchechengi: attriplex: bleta: capillus veneris: cucurbita: cucumer: diarodõ: endiuia: epatica: cicorea: lactuca: lupulus: ⁊ si pur tẽperat°: ordeũ: aq̃ eius: rose succus: scariola; semina cõia frigida maiora ⁊ minora: tamarindi: triasãdali trocisci de eupatorio: de rosis: de berberis. Uiola. syrupus de fumo terre: acetosus simplex: ⁊ aliĩ: vt. s̃. de syru. colere. tractatu quarto ad quos syrupos recurre ẽt ꝓ digestiuis. ⁊ sic complet canon hic pticulariter expectat° q est digestio. Aduerte tñ si opus ẽ aptiõe: aut nõ: aut sola infrigidatione: qm̃ ad te attinet hic adinuicẽ ɔponere. ¶ Ali° canon est eño ɔplet cum euatiuis colere directis ad epar cuꝫ respicientib⁹ epar. de qbus satis ad plenũ hic ⁊ supra õ mala epatis calã: laudat tñ cassia fistula: fumus terre: mirabolani citrini: scamonea. Item aui. exhibet aloen. Contrarius inimicus est epati ergo. Dicendũ pmo ꝙ nõ est dandus solus: sed bñ cum aliis. vt aui. Item vituperauit eum in aselite: q: timor est in eo de multa sanguinis eductiõe qd nõ in aliis epatis passionibus sic timendũ. ¶ Ali° est epatis cõfortatio ⁊ remotio male q̃litatis eius qui cõplet: vt. s̃. cum his q̃ de mala cõplone epatis calida ⁊ debilitate eius: ad q̃s rubricas recurre. ¶ Alius ꝙ caliditate existẽte in toto vltra ea que dicta sunt: ⁊ maxime exhibitis infrigidatiuis ⁊ extinctiuis intus ⁊ extra: fac patientez sedere in balneo actu calido ⁊ nõ multũ in quo bulita sunt ex infrigidãtibus notis ⁊ dictis vt sunt viola: attriplex: malua: folia salicis: ⁊ hõ dico actu calido. qm̃ actu frigida nocẽt. vñ aui. aqua vo frigida actu ⁊ illa in qua sunt ṽtutes medicinaꝝ cõstipantiũ prohibẽt solutionẽ icteritie. ⁊ i summa aui. laudat ꝓhibitionẽ trociscoꝝ frigidoꝝ ad intra: dicit se habu. sic experientiã. Itẽ ⁊ applicationẽ emplastroꝝ ad extra multũ (frigidoꝝ.

¶ Sed rediens ad ordinationẽ eoꝝ dico ꝙ si a mala ɔplone cũ mã: aut sine cura dicta ẽ: ⁊ habita supra de mala cõplexione epatis. ¶ Si ex vsu reꝝ calidaꝝ euenerit dimittanꝛ. ⁊ ɔsilr si ex occursu balnei solis: ⁊ hõ fugiat ⁊ abstineat: ⁊ si q: ex supcalefactione euenerit ⁊ successerit priuatio sudoris: vt supra fiat flõmia ⁊c̃. vt dictuꝫ est. ¶ Q; si comprehenderis opilonẽ vtere deopilatiuis vt infra calidis aut frigidis: vt exigit dispositio. ¶ Si propter apa calidũꝫ epatis ⁊ fuerit illic repletio magna fac flõmiã de saluatella manus contrarie. ꝙ si ibi non fuerit repletio ex eadẽ fiat manu. Fiat digestio: euacuatio: applicatio emplastroꝝ: vt supra de apate calido epatis. ¶ Si pp retẽtionẽ sanguinis emorroydalis aut mẽstruosi. tunc cura est apertio ⁊ ꝓuocatio. de quibus infra suo loco. ⁊ tu ibi. Tu tñ interim attende ad digestionem: euãtionem: confortationẽ epatis ⁊ ipsius alterationẽ. ⁊ tunc sua exigit dispositio. ¶ Si a veneno inquit Aui. venenose autẽ cura ẽ tyriaca ⁊ metridatum. deinde bibat aquam malorum acetosorũ ⁊ granatoꝝ ⁊ succũ endiuie ⁊ portulacã ⁊ mucillaginẽ psiliĩ ⁊ almi berberis: ⁊ oia in quibus ẽ infrigidatio cũ ṽtute tyriace. ⁊ in ipa qdẽ cã expiũ sunt i pn° cui accedit: ⁊ ꝓpe cũ venenũ ẽ exhibitũ vt bibaꝛ lac: ⁊ assidue cũ olo amigdal. Aui. deinde fiat clistericatio ⁊ eño decẽs cuꝫ reubarbaro. Gal. cũ aũt ad me veniẽt q punctus a tyro ⁊ cãm passiõis narrauit: iuuit eũ sumere tyriacã: ⁊ post paululũ in nãlem rediit colorẽ. ¶ Si vo a mala fuerit cõpositione: q: opilatione epatis: ⁊ fuerit opilatio carnosa. vel ex nascẽtia alicuius rei ad intra: non existimo ꝙ ei sit medicina. Aui. Quidã tñ existimauerũt ꝙ sic: ⁊ laudauerunt ꝙ hoc medicamen. Rx. succi portulace. folioꝝ raphani. ⁊ aq̃ folioꝝ acetose. oium fm existimationẽ. ⁊ fac bulire oia simul: ⁊ coletur: ⁊ ponaꝛ quantũ illud ẽ de succo acetose cũ aliquantulo orobi ɔtriti. ⁊ deꝛ ex eo in potu aliqd cũ semine raphani ⁊ sẽie melõis excorticati ⁊ mirtis cum q̃rta amboꝝ costi ⁊ (myrrhe.

¶ In facta vero ex opilatione in meatu per quẽ colera ad chistim mittiꝛ: tũc seruent canones dicti supra de opilatione epatis ex flõmia ꝓuocatiõe si fuerit i pte gibbosa ⁊ ventris eñone: si fuerit in ɔcauitate: ⁊ medicina propria ẽ reubarbaꝝ ⁊ agaricus. ⁊ tu bñ ɔsidera an sit fe. aut nõ. opꝫ medicamina moderare plus ⁊ minus fm ꝙ exigit dispõ. Nã cũ colera nõ faciat opilonẽ fortẽ nisi pp ei° grossitiem: que quidẽ grossities ab humore frido ẽ hinc opꝫ ⁊ in casu calo administrare ⁊ ɔtẽperare vt oꝫ. sed calã talia nõ debent esse ɔstipatiua ⁊ exiccatiua multum: qm̃ ɔstiparent meatũ ⁊ opilationẽ fortẽ facerent. ¶ Sed q: supra habuisti frigida conuenientia: nunc ponã calida: ⁊ sunt absinthiũ: aleti: assaꝝ: betonica: calamentum: camedreos: camomilla: cartamus: caulis: ciminũ: cubebe: cuscute: ⁊ ẽ efficax medicina: eupatorium: feniculus: marrubiũ: ⁊ est singularis vt infra. menta: origanũ: raphanus: sparagus: semina calida sy. de bizantiis: ⁊ aliĩ apertiui. de qb° 4° tractatu. tam antidota tyriaca: trifera: trocisci cũ reubarbaro: de eupatorio: de lacca: vrina hominis. ⁊ maxime in splenetica. ⁊ alia hõ. s̃. de opilone epatis. vñ Aui. in opilatiua vo illud qd cõicat oi opiloni. In cura opilonis ꝓdictẽ i. c. epatis. tu itaqꝫ colligo ꝙ cum ad digestionẽ humoris talis facientis opilationẽ deueneris. opꝫ te vti digestiuis calidis subtiliat. ⁊ incisiuis apertiuis. Si vero fuerit febris. vtꝛ hi gña. spr. de bisantiis. Et si opilo fortior fuerit sy. de eupatorio aut oximelle composito ⁊ huiusmodi. Q; si fuerit fe. opꝫ te hic moderare cũ frigidis ⁊ appropriatis apertiuis: de quibus supra quarto tractatu. vt sunt sy. acetosus simplex de endiuia. Item

et oximel valet oxiçacara: et in oībus his aq̄s: aut decoctiões ad iūgas approbatas. et tuo pposito pnicietes. ¶ Post digestiuū des euacuatiuū ex agarico: reubarbaro: et magis laudo ifusiões eorū. Itē ex scamōea. itē ex aloe. vt. d. itē cū electuarijs ḋ psilio Mes. pillis et hm̄ solutiuis: de quibus q̄rto tractatu. et tu ibi. Cōuenit et cassia cū aliquo ex dictis solutiuis. In fine āt capituli aliquas ponā descriptiões: iō nūc supsedeo. ¶ Tertio pcedaf ad ɔfortationem epatis p administrata int⁹ et extra. vt de opilatōe epatis dcm̄ ē. ¶ Q, si fuerit ex opilatiōe fcā añ meatū: vel ex opilatiōe contingente in venis epatis pcedaf: vt de opilatione dictum est. ¶ Q, si fuerit ex debilitate virtutis epatis cura dicta est supra. tu ibi. vñ aui. ¶ Si āt cū fuerit debilitas in epate et felle curef cum regimine predicto in debilitate epatis.

¶ In fcā a mala ɔplexiōe: aut ɔpositiōe: qꝛ opilatiōe fellis. oꝫ p̄ attēdere in ei⁹ mala ɔplexiōe illa oīa que ḋ mala ɔplōne epatis dicta sūt. nā illa sūt pposito ptinētia ppter affinitatē horꝫ membrorꝫ adinuicē: sed pp qualitatē humoris oꝫ te eleuare medicamina in gradu frigiditatis et humiditatis. sed cum his semp q̄ ɔplexionē nālem epatis ɔseruent. ¶ In fcā vō ppter opilationē chistis: attēde p̄ opilationis locū humoris opilātis substantiā et ipsi⁹ diuturnitatē. Nā qñ opilatio est in collo cōi. tunc ipsa est fortior opilatiōe que est ad itestina: et hec fortior ea q̄ est ad stōm. et oībus fortior est q̄ ē ex ɔpate. aui. nam i fortiori fortiora debenf deopilatiua aliis paribus. vñ procede cum canonibus supra qui sunt digestio et euacuatio. Sed vtere lenificatiuis aperiētibus. primo: vt est malua: lactuca: endiuia: atriplex: acetosa: viola: semia cōia frigida maiora: et hm̄. ppāt .n. et hec silia multū māam vt egrediaf et facilior fiat apertio. deinde pcedaf cū his q̄ epar alterāt ex electuarijs syr. embrocis: vnctiōibus: et hm̄. vt. d. de mala ɔplōne epatis: vt sp a exigit dispō. Et hic nota canonē. et ē Gal. inqt cū cor et epar est frigidū: totū corp⁹ est fridus: g posit⁹ est vt sciaf facili⁹ infridare. Scdō q̄ hec paulati siue frigida: siue calida ipsi epati applicenf: vt alias. nō .n. lub:tas tolerat mutatiōes. 2ª affo. 51ª. affo. Laudanf syrupi deopilatiui calidi fridi. ḋ qbus supra et silr silia. Itē et solutiua dcā. Et qm̄ ḋ euione agif: notādū q̄ hic intelligi hūt et debēt canōes supra positi de euione. siue fiat p stōmū: siue p solutionē ventris. Itē marie ɔmēdaf i opilatiōe vomitus. vñ Serapio. et ɔfert in hac spē icteritie vomit⁹. fortasse .n. apif opilatio pp motū ipsi⁹ ipetuosū. Vñ Aui. Et euio cum vomitu. nā ipse est iuuatiu⁹ i oī icteritia. Et parꝫ ifra. Et scias q̄ qñ incipit cū solone. et nō efficit ipressionē. tūc tibi inest vti vomitibus fortibus: deīde solutiuis forti. Tua ēt interi ē aduertere si adest fe. vel nō. qm̄ oꝫ hic moderare i q̄litatibus sius vt supra. ¶ Itē ɔferūt clisteria marie opilatione exñte in via trāsit⁹ colere ad intestina. Ex apitiuis calis fridis vt exigit dispō. et hec numerata sūt sepe. ¶ Itē ɔtingit vt supra appere icteritiā pp opilationē ɔtingentē a flāte viscosū vt supra. tūc eo mō vt dictū est pcede cū apitiuis calis lenitiuis et hm̄. hādo sp respectum ad colicā. ¶ Q, si fuerit icteritia ex siccitate pueniēs et ɔctiōe: et illud ē ex eis q̄ significat corp⁹. tunc admistrabis lenificatiua ex subtiliantibus colerā: sicē mucillagies sebestē et silia cū oleo amigdalino. ¶ Q, si ɔtinget icteritia cōitate intestinorꝫ: qꝛ colon. cura dcā est: et ex habitis comphēdi pōt faciliter. ɔsidera. ¶ Q, si fuerit retēnōe mēstruorꝫ: aut emorroidarꝫ cura q̄raē i pprijs rubricis. ¶ De cretica āt dōm q̄ in ipsa nihil agendū est iuxta illud senis. Quorꝫ crises fit aut fcā est nō mouere oꝫ: neqꝫ nouū facere sed sinere. ¶ Qḋ sane itelligēdū est. Nā si nā nō ɔplete oparef: iuuāda ē cū apitiuis notis et dictis: et purgef si expedit cū reubarbaro et silibus. ¶ Placuit tñ pncipi q̄ aliqd agēdū sit cū lauatiuis et diureticis mūdificatiuis. vñ aq̄ ordei ē marie ɔueniēs ad ultra si dispositio tolerat. inquit vltra fortasse nō indiget solutiōe vētris. et fortasse sufficit balneū solū: q̄ credo intellexit cū ad eius remotionē intēti sumus saltē supficialem. sed de hiis ifra. ¶ De diuturna: seu cronica inquit aui. et qñ cronica fit icteritia opilatiua tūc necessariū ē sumere diacurcuma: aut tyriacā: et silia ex eis q̄ aperiūt cū fortitudie. et similiter dialaca.

¶ Et nota hic q̄ multe icteritie q̄ nō debēt a medico itromitti: nisi cū magna excusatiōe pcedēte: qm̄ vt plimū terminaf ad mortē. ¶ Prima est appens i fe. añ septimuꝫ et añ signa digōnis. q̄ qdē n̄ curaf nisi forti valde exñte virtute. itē nisi de vētre multa exiuerit hūiditas et sudor ventris fluxus et hm̄. sed ista indigēt extractione. ¶ Secunda vt aui. q̄ nō resoluif: neqꝫ curaf ei⁹ māa: vt i pluribus associatur mors. ¶ 3ª. ipo. sexta affo. affo. q̄dragesimo secūdo. si cum icteritia durꝫ epar fuerit malū. ¶ Quarta cum vria patientis est sicut similitudo orobi: pfundatio i vētre: febris et tremor debilis: et debilitas in locutione ex liquefactione. et ista interficit vsqꝫ ad .xiiij.

Tertius canō complef cum his que māam colericā in poris et substātia cutis imbibitā resoluūt et abstergunt: et lauāt. et sic ipsā fm colorē nālem dimittūt. Et iste quidem reperiunf i quadruplici manerie. qm̄ earum quedā sunt que sunt potabiles: quedā lauatiue: quedā sternutatiue. et he faciunt plurimum iuuamentum suum icteritie oculorum et faciei. Quedā sunt sicut regimē cōmune: vt qꝛ tota sternutatiue: de quibus oībus scriatim. ¶ Item et hec ēt subdiuidi possunt: qm̄ ipsarꝫ alique agūt a proprietate: alie vero a qualitate manifesta: siue a complexione. Exemplū primi: vt sunt cassia lignea: nux cypsi: lūbrici terrestres exiccati: radix acetose: et hm̄. de qbus infra. Exemplū secūdi. vt exercitiū tēpatū: fricatiōes: camomilla: ireos: et hm̄. de quibus oībus statī. ¶ Medicine āt potabiles: aut medicie colere eductiue p viā vrine: aut p viam sudoris: aut eductiue ei⁹ p secessū. Et pp nō multiplicare verba ad exempla venio. pot⁹ domestic⁹ et iuuatiuus valde ē. ℞. aq̄ cuscute. ℥. iiij. seis apij. ʒ. i. çuchari tabarçet ʒ. ij. bibaf tribus vel q̄ttuor mane et vltra sic expedit et sit calida. et ē iuuatiua valde. ¶ Ad idē. ℞. radicis acetose. ʒ. i. s. aq̄ cuscute. ℥. iiij. cū çucharo def et ambulet patiēs vt caleffiat ex potu et sinat. ¶ Aliud. ℞. lūbricos terrenos exiccatos. et da ad bibēdū cū aq̄ cuscute vel acetose et çucharo. et est exptū. Quidā dāt cum vino. et hec medicamia debēt ɔtinuari vt vr. ¶ Ad idē granū altee cū vino datū mirabilr apit: vel cū ouo sorbili. Itē brodiū cicerꝫ cū succo feniculi et apij. ¶ Aqua decoctio piloselle cuꝫ modico vino statī curāt icteritiā. ¶ Ex solutiuis potatis et exptis sunt pillule he. ℞. aloes. ʒ. s. scamōee damch. ʒ. ij. salis naptici. ʒ. s. vini⁹ q̄rtā. rubee tinctorꝫ. agarici. añ. ʒ. s. fiāt pille et sumāt cū aq̄ ḋ semibus. valēt et solutia iā. d. enūerata. ¶ Medicine āt sudatiue dicte. d. de cura epatis q̄ actu calide dari debēt. vt verbi grā aquā calidā cū pauco vīo vinoso et subtili. Itē cum aliq̄ ɔfectiōe calida: aut cū modico tyriace: et hm̄. ¶ Lauatiue vō. et si sic p̄ª facie videnf respicere solum faciē et membra exteriora. tñ de eis hic agā vt breuiloqu⁹ efficiar: vt respiciunt totū. et sic comprehendā ēt quartam manerie earum fm regimē cōmune. vt supra. Lauatiue faciei sunt medicine abstersiue et etiā resolutiue. Exempla sūt lotio cū acetositate citri. Itē fricatio cū aq̄ acetose: aq̄ fabarꝫ. item aq̄ cucumeris: aqua cum aceto et modico absinthij in eo bulliti. Item emulsio seminum conuenit cum aq̄ acetoselle facta vel alia consimilis virtutis. item decoctio camomille cuꝫ aqua ro. et aceto albo. itē decoctio fcā ex ordeo capillis veneris eupatorio i aceto albo. et sit tepidū. ¶ Et qꝛ h̄ loco volo suffumigia tenere locuꝫ lotionis hic de eis expertis agā ℞. corticos fabarum. absinthium.

⁊ palleas ordei ⁊ buliāt in aceto: ⁊ suffumigationē accipiant exptitū balnea nālia. Itē balnea aque dulcis: in quibus decocte sint herbe, ⁊ alia appropriata: vt est attriplex: malua: enduuia: capilli ve. cuscute: anetū: ⁊ silia: sunt multū ꝯferentia. Ponaṫ āt in tina patiens: ⁊ vt qdā psuadent sit indutus camisiā nouā de canabe nō dealbatā: qm̄ ꝯferēs valde ad extrahēdū malū colorē. Et deīt p os ꝓuocatiua nō multū calida ⁊ mingat in ea: ꝙ si minxerit erit cura ei⁹: qm̄ egrediṫ multū de mā. ⁊ extrahaṫ cū cautela ne frigus capiat. pōaṫ ad lectū: ⁊ bene cooperiaṫ vt dormiat ⁊ sudet. ¶ Et ex potibus ei ꝯuenientibus sunt. ℞. sparagi. M. i. granoꝝ ciceris pugillū. i. coquaṫ in aqua ⁊ vase vitreo: ⁊ sumaṫ mixto cū vino si non est fe. Qꝫ si fuerit bibaṫ sola ⁊ calida. Item ꝯueniunt potus suprapositi apitium domestici. in oculis āt pōaṫ aq̄ feniculi celidonie: rute: sed ꝑus fiat suffumigiū dictū. ¶ Itē suffumigeṫ oculi cum decoctione carnīū vaccaꝝ in aqua. deinde in angulis oculi ponāṫ due gutte mali granati. deīde decoque sub cinerib⁹ malū marcianū ⁊ ipm̄ inuolutū in stupa madefacta aqua ro. suppone oculis. ¶ Laudat Aui. ꝯtinuatā ablutionē oculoꝝ cū aq̄ ro. aq̄ couādri: qḋ dꝫ intelligi in ꝑincipio qñ volum⁹ ꝓhibere aduentū huōris citrini ad oculū. Sed cū volumus resoluere oꝫ alias transire. vt. ō. ⁊ si he aque resoluant: sed debiliter. ¶ Sternutatiua aūt excutiunt māꝫ ab oculis ⁊ facie per nares que debēt ꝯsiderari dupl̄r fm̄ ꝙ dispō exigit. q: sit calida aut frigida. vñ vtere eis sic in sua complōne diuersificatis. nā eoꝝ q̄dā frigida: vt succus bliti: succ⁹ semp̄uiue: ⁊ hꝰ. Ex calidis. succ⁹ cucumeris asinini: ⁊ succ⁹ folioꝝ nasturtij: succus ciclaminis solus vel infusus in lacte mulieris p noctem. deinde colaṫ ⁊ exprimaṫ: ⁊ tepidus attrahatur. ¶ Et ꝯsimiliter ꝯferūt caputpurgia. tu itaqꝫ ex dictis ꝯpone vt videbiṫ: ⁊ lꝫ sciā non opoztere. Ut tñ tibi complaceam aliqua in icteritia ꝯuenientia addā. sy. ℞. scolopēdrie: lingue ceruie: enduuie: epatice: absinthij: cicoree: añ. M. s. cuscute. ℥. i. seminū cōium frigidoꝝ: floꝝ boraginis buglosse. añ. M. i. capilloꝝ ve. radicū feniculi: petrosilij: spagi: brusci. añ. M. s. ⁊ cū çuccaro fiat sy. qui aromatiçetur cū isto puluere. ℞. spice folij lace cassie lignee. añ. ʒ. ij. ligenṫ in pāno lineo in sy. ¶ Aliud ⁊ est experimētū placētini. inquit experimētum qḋ probamus ꝯ oēꝫ icteritiam ꝯ opilatōe in nō q̄ reperiṫ aliqua deceptio. ℞. pressij viridis oꝛtulani lib. i. pistentur bñ ⁊ pfecte decoquāṫ in lib. vij. vini albi donec quinta pars remaneat: coleṫ: ⁊ de tali colatura sumat patiens in auroꝛa. ℥. iiij. omni mane ⁊ ante cenā. ℥. iij. curabitur ictericus in paucis diebus cū obseruatōe diete. quidā addūt ꝑp amaritudinē lib. ij. mellis in decoctōe ⁊ nō nocet: ꝯfoꝛtat appetitū ⁊ assellare facit. ¶ Aqua decoctionis politrici p se multū valet sil̄r adianti. ¶ Itē etiā si fiat eoꝝ decoctio cū vino. ¶ Postremo scito ꝙ patiētes icteritiā iuuāṫ per ꝯsiderationē siue aspectū in rebus citrinis illud. n. mouet nām ad expellendū mām citrinā totam ad cutē: quare alleuiaṫ adiutoꝛiū curationis in ea. ego vo non sum ex illis q negent hꝰ curationes. sicut negant plurimi eoꝝ qui philosophanṫ. Aui. ⁊ tu considera.

¶ De icteritia nigra. Rubrica. iij.



Icteritia nigra describiṫ sicut icteritia citrina ⁊ nō differunt nisi q: vbi in citrina dr̄ ad citrinitatē tēdens in hac dicatur ad nigredinē ꝑp cursum humoꝛis nigri ad cutē. ⁊ nota oēs particulas vt ibi: ⁊ propoꝛtionabiliter declara. Nam sicut colera citrina cū putrefit tertianā cāt. sic nigra quartanam: ⁊ ꝯsil̄r de alijs. Et dr̄ ad nigredinē ad drīam citrine: ⁊ simul̄r propter cursuꝫ humorum nigrorum qui est eius causa.

Cause de causis eius dicendum ꝙ proportionabil̄r generaṫ quēadmodū citrina. Qm̄ fit ab opilōne. ⁊ a mala ꝯplone. Qñqꝫ a vītute ipsa. Qñqꝫ ꝑp multitudinē. Qñqꝫ ꝑp retētionē vt citrina. ¶ Ab opilōne qdē ⁊ ꝓ nō apostemosa: qm̄ accidit opilatio in collo qḋ est trāsit⁹ melie de epate ad splenem. ⁊ tunc causaṫ de icteritia nigra epatica: de qua stati ab aui. sic dicta. Qꝫ si accidat opilatio in collo qḋ est in splene p qḋ mundificaṫ splen a melia. vñ ipsa regurgitans: ⁊ cū sanguine trāsiens icteritiā: cāt dictā icteritia nigra splenetica. ¶ Itē posset ꝯtingere opilatio in venis splenis vñ sanguinē grossum nō recipiētes ipse grossus melancolicus regurgitans ⁊ sanguinē p totū spgēduꝫ ad nigredinē inficiēs icteritiā cābit nigrā: sed leuē aliaꝝ cōpatione. ¶ Itē ab opilatione apostemosa. ¶ A mala aūt cōplone icteritie cātur nigra: ⁊ pcipue a mala complexione epis qñ excedit: ita vt sanguinē adurat ⁊ ad nigredineꝫ ꝯuertat: ⁊ facit h̄ modo multiplicare meliā in coꝛpe: ⁊ hec est ꝓpꝛie nigra epatica. Qꝫ si cū hac fuerit opilatio in collo trāsit⁹ melie ad splenē: tūc res ꝯpleta erit: q: ꝓpꝛijssime dicēṫ nigra epatica. Ex qb⁹ pꝫ ꝙ aliq̄ icteritia nigra dicitur epatica large: aliq̄ ꝓpꝛijssime. ¶ Qñqꝫ cātur a mala cōplone frida: vt q: friditate epatis excessiua sanguis niger fiat. Ex qb⁹ appꝫ ꝙ a toto dupl̄r pōt contingere icteritia. ¶ Primo ob caliditatem excessiuam in toto existem. vnde sāguis aduriṫ ⁊ nigrescit: sicut accidit eis q longā moꝛam ꝯhunt in sole. sicut apparet in itinerantib⁹ lōgo tpe p solē. vt his q vadūt ad sanctū iacobū. ¶ Secūdo a mala frigiditate in toto existe sanguinē ꝯturbante ⁊ nigrefaciēte. vt apparet in his q sunt sanguinei tpe intēsi hyemis. ¶ Et cū videsicteritiā aut citrinā: aut nigrā cāri ꝑp coꝛpus totum suspicare de idrope q̄ꝫuis coꝛruptio sit in venis tm̄. nā hesitandū est ne talis coꝛruptio epati: q: principali cetera cōmunicēṫ. ¶ Et a virtute qdē. q: debilitate aut foꝛtitudine. vt supra de citrina. ¶ Cōsimil̄r a multitudine vel retētione ⁊ tu ꝯsidera ꝓpoꝛtionabil̄r. ¶ He aūt colere qñ ꝯiūgūṫ ⁊ faciunt icteritiā mediā magis aut min⁹ altero participātem extremoꝝ. ⁊ ē qñqꝫ cuꝫ nocumento in vtroqꝫ ipsoꝛum membroꝝ. qñqꝫ in altero tm̄ accidit: ⁊ qñqꝫ vt hec icteritia nigra sit sic̄ crīs egritudīs splēis: ⁊ q̄ similāṫ eis q̄cūqꝫ nō reminiscāṫ nā tēdens ad ptem excussionis propter cām nociuam. Et propoꝛtionabil̄r summatim de causis eis dici pōt qḋ de citrina dicebatur. Quoniam oēs sue cāe reduci hñt ad tres malam complōnē cuꝫ a͞pate. aut absqꝫ a͞pate. Ad opilationem. Et tertio ad virtutis debilitatē.

Signa demr̄atiua icteritie nigre sunt coloꝛ faciei niger ⁊ totius ⁊ magis q̄ꝫ in citrina: qm̄ nigrescit ex adustione. Itē vrina nigra ⁊ egestiones nigre. Et qñqꝫ egrediṫ in egōne fex nigra. ⁊ est signū foꝛte.

¶ Signa si fuerit cum opilatione vie inter epar ⁊ splenem. tunc aderit grauitas duritiēs aut tumoꝛ vel inflatio splenis ⁊ pondus sub costis ⁊ latere sinistro. Et fit hec fm̄ plurimū per se incipiens. lꝫ aliqñ eā antecedat citrina qḋ est raro. ⁊ citrina nūq̄ꝫ fit a splene: sed bene nigra fit ab epate. ⁊ qñqꝫ est mirach extensū cū grauedie: ⁊ doloꝛe ē fm̄ plurimū cū stipticitate ventris ⁊ cū ea sūt aliqñ mala accn̄tia. vt tristitia varietas sine cā ⁊ hꝰ. ⁊ qñqꝫ egrediṫ coloꝛ niger. Itē adest difficultas doꝛmiendi super latus sinistrum egestiones nigre ⁊ vrina vt dcm̄ est. ¶ Qꝫ si fuerit vitio opilōnis colere vel epatis antecedit icteritia citrina vel viridis: ⁊ doloꝛ lateris dextri sub costis ⁊ grauitas ⁊ vrina citrina vl' viridis añcedit nigram: que in ista nigra icteritia vitio epatis apparere solet. ¶ Qꝫ si fuerit ꝑp a͞pa aderūt signa a͞patis: de quib⁹ infra sua rubrica. ¶ Et facte ab epate signa q: prius in epate apparuerunt signa nocumenti eius. ⁊ eo tempoꝛe splen est saluus nisi per communitateꝫ epatis fuerit lesus: ⁊ non est nigredo pura sicut in splenetica: ⁊ in vrina non apparet digestio.

¶ Signa. si fuerit vitio male complōnis calide ⁊ sicce erit

nigredo ad citrinitatem declinis. ¶ Q si fuerit vitio ca/liditatis cū humiditate erit citrinitas cū rubedine. ¶ Q si fuerit vitio friditatis ₇ sic. ₇ frigiditas fuerit dn̄ans decli/nabit color ad viriditatē si siccitas dn̄ans tendet ad nigre/dinem. ¶ Q si fuerit cum frigiditate ₇ hu. humiditate vi/cente declinabit color ad citrinitatem quandam ₇ fisticita/tem. ¶ Q si fuerit frigiditas vincēs declinabit ad viridi/tatē. Color aūt splenetice nō variaſ: sed vnus est Aui.

Pronostica nigra est salubrior citrina. sed citrina aliis paribus citius curatur. de reli/quis: vt de citrina considera.

Cura canonica. in cura itaq₃ icteritie ꝓcedēdū ē cū ca/nonibus ꝓportionalibus regulis: q̄ de cura icte/ritie citrine dicte sunt. Un̄ Aui. Ipsam aūt icteritiā citrinā cura cū eis qbus curas ipsam icteritiam citrinam ₇ cū eis que fortiora sunt. Fortiora itaq₃ in hac exhibenda sunt: vt sequenti rubrica. ¶ Tu tn̄ aduerte ne nimium calida aut subtiliatiua: aut multū fortia apritiua exhibeas: ne propter raritatē sue sube multum ledaſ ₇ debiliteſ. nunqd. raritas membri ɔsideranda sit in exhibitiōe medicine. qrta primi. primo capi. ad modū eius. ꝓcede itaq₃ ꝑ cū regimine in ꝓ/posito cause. q₃ ɔ̄rio illi. ¶ Scd̄o exhibe digestiua sibi cō/uenientia ex calidis aut frigidis. s. qrto tractatu. ₇ vt copio/sior sis ponam in sequēti rubrica multa talia simplicia ₇ ɔposita. ¶ Tertio ꝓcede ad euōnē cū flōmia si expedit cū solutiuis ₇ clisteribus. nā clisteria hoc casu multi ɔmēdā/tur. Itē cum diuersitate ɔfortatiuis: vt res ipsa expostulat. ¶ Unde ordinatim ꝓcedens iuxta senē cāp: dicendū ꝑ ꝙ in facta ex opilatione. vtendū est aperitiuis in via cibi ₇ potus idigestiuis. vt. s. de citrina que sunt subtiliatiua ape/ritiua splenē ₇ humorē melācolicū respiciētia. vt. s. quarto tractatu. ¶ De euōne dōm primo iuxta illa que dixi de ci/trina: quidē in ꝑncipio ɔpetit flōmia. de saluatella. aut basi/lica sinistre man⁹. l₃ Aui. videaſ equalr moderare ₇ arta/re hoc dcm̄ meū cū dixit. In illa aūt q̄ splenetica est cōside/ra an illic sit repletio sanguinea plurima: qre flōma basili/cā sinistrā ₇ saluatellam post ea₃ i de cura citrine. vt. s. In opilatiua vō illud qd̄ cōicat oī opilationi. est cura opilatio/nis predicte in capitulo epatis ex flōmia ₇ ꝓuocatione. cō/sidera. ¶ De euātiuis per secessum aut ꝑ vomitū dic ꝓpor/tionabilr. vt. s. de citrina. Nā hic accipe solutiua melie. de qbus qrto tractatu. tuo ꝓposito ɔgruentia simplicia aut ɔposita. de quibus ēt in sequentib⁹ rubricis. ¶ Clisteria ꝭ loco marie ɔmēdanſ. Re. aquā decoctionis pororꝫ caulis. ficle. sene. epithimi. polipo. ꝗ. squināti. cuscute. ₇ aliorū. sic splenē respiciētū. de quib⁹ in sequēti rubrica: ₇ cū oleo ō ca/parib⁹. vel de oliuis cū sale: addēdo ēt diasene: ₇ huiusmo/di. ¶ Alī et. ₇ ad intra applicēt splenē respicientia. ¶ Itē tertio cōforteſ splen cū applicatis intus ₇ extra. sy. ɔfectio/nib⁹. el. ctuariis. ₇ hmōi. emollie. vnguentis fomentationibus ₇ hmōi deopilatiuis. ₇ aliter attenuatiuis. vt exigit dispositio de quib⁹ oīb⁹ suis rubricis statim ponendis de ipso splene ₇ dispōnibus ei⁹. ₇ dcm̄ ē vt exigat dispō: qm̄ aliter op₃ ꝓce/dere in calida. aliter in frigida. alr exnte fe. ₇ alr non exnte vt ꝓportionaliter de citrina dictum est.

¶ Expedit⁹ de splene ꝗtū ad ei⁹ descriptionē anathomiaꝫ ₇ pticularē dispōnē ei⁹: q̄ est icteritia nigra: aggredior cum dei grā alias ipsius dispōnes. de quibus vt de aliis epatis proportionaliter agendum est.

¶ De mala cōplexione splenis. Rubrica. iij.



Tanteq̄ aliud dicā de cura ei⁹ ꝑmit/tā ea q̄ sunt splem ɔferētia ₇ nocētia calida ₇ frida: vt his notis facilr⁹ in eius pfectā curā puenian⁹. Et attēde ꝑius ꝙ vt diceſ infra cure dispōnū₃ splenis non sunt negligende: quoniam cito figuntur ₇ causa dicetur.

Nocentia spleni sunt oīa frida. nā ipsa sua nō nāli frigiditate mēbris ēt vicinis nocēt. Oia grossa qm̄ sunt apta nimis ingrossare mām ei⁹ q̄ ex se gros/sa est. itē opilationē iducere. itē oīa ɔstrictiua ₇ fortiter sti/ptica ₇ pontica: pp qd̄ in medicinis splenis aceto vtimur. Oia vētosa q₃ faciliter i eo fumus ₇ vapor includiſ. Et oia que pp grossitiem ₇ viscositatē sūt apta nocere epati: vt pa/stillitia dulcia grossa. lac. de quo i dubiis. Coitus p⁹ cibus: ₇ silr balneū post eū. Crapula ₇ marie nocturna. Oīs etiā etororꝫ. inuidicia ₇ spālr sinistri iguinis. Oīs mala dispō membrorꝫ affiniū. Quelibet fortis ventris ɔcussio. Oē qd̄ huores in corpe ingrossat: vt febris longa. ₇ spālr qrtana. Oē qd̄ mellaꝫ supare facit vt nimia solitudo tristitia. ₇ hmōi. Aqua frida ₇ vsus ei⁹ q̄ etiā epaticis: iliacis: colicis nocet. Oīs pororꝫ corpis opilatio. Uinū acidū ponticū: vinum grossū: mustū: panis aꝫim⁹: assa: frixa: pisces: pigua: salsa. Unctuosa q̄ iflāmata in meliam adustā ɔuertunſ ex q̄ po/stea generaſ lepra pp qd̄ in alemania multi repiunſ lepro/si ex vsu butyri. Leguminia: olera: caseus: maxime antiqu⁹ salitus. Caro bouina: porcellorꝫ: aues aquatice: nespila: ꝑ/sica coctana: fructus immaturi. Oēs fructus aqsi. Et rapa quam in generatiōe hēs hec a mundino vituperatur. Ficus grosse. Splen cuiuslibet aialis: l₃ oē membrū sibi sile con/fortet. itē aer grossus: paludosus: autūnalis: ₇ maxime qñ estas precessit calida que nimiū adurit humores.

Conferentia āt sūt his opposita. Un̄ ɔferūt ape/ritiua. diuretica. subtiliātia valde ō qb⁹ infra in spāli canone mollificātia. vētositatē ɔsumen/tia. sanguinē a melia mūdificātia. Et descēdēdo ad spālia ꝓ oī pte ponenſ ꝑ⁹ cala ɔferētia deinde frida. ¶ Cala sūt absinthiū: achorus: agaric⁹: amōiacū: apiū: agrimōia: ari/stologia: assarū betonica: camedreos: caparus: caules: ci/clamen: ciperus: costū: diacurcuma: diatrion pipeon: ebu/lus: edera: edus: elleborus: epitim⁹: aluten albotum: lacca: lapatiū: lapis laꝫuli: lapis armen⁹: lētiscus: liliū: mel: men/ta mercurialis: nasturciū: nux muscata: oua: origanū oleū amigdalaꝫ: passule: pastinaca: peonia: politricū: pulegiū: ꝑassiū: pulmo vulpis: raphan⁹: ruta: radix: cappar orū ₇ ē singularē radix genestre: saluia: sandaraca: scene: serpilliū: sirupus de calamēto: de sticados: siru. de absinthio: scolo/pēdria: sanguis hirci: spica: squilla: tamariscus: trifera fer/ruginea: timus: trocisci: de absinthio: trocisci de caparibus vrina hois ₇ ter in die sumpta ē mirabilis. Unum exiu/ctionis auri ₇ ē optimū. Urtica: iera: isopus: ireos. ¶ Fri/gida. acetū. acetū squilliticum de splone eius dupliciter si/cut de siru. acetoso simplici: alchechēgi: aqua ferrata: ble/ta: corallū: cornu cerui vstū: lactuca asiin: morus: mirabo/lani oēs: viris. viola: ₇ hmōi. de qbus ēt compositis.

Quibus sic positis attende canones hos.

¶ Primus ꝙ non parua diligētia sollicite/tes curam dispositionū splenis nec pro paruo reputetur: vt s. ₇ cā qm̄ cito in eo egritudines firmanſ ₇ duritiē ₇ opi/lationē causant ꝓpter substantie eius liquiditatem. Item q₃ membris frigidis circundaſ. Itē ₇ ante macrā: cooptu/ram. Itē qm̄ eius nocumentū statim cōicatur epati: vt. s. de causis idropisis. Item ₇ toti faciliter.

¶ Secundus ꝙ vasa splenetici sint de tamarisco si haberi potest: vel saltē frusta ponanſ in vase fixa quod intellige de vasis cibi ₇ potus. idem erit si erunt de fraxino: quia de radice eius vel de genestra vel de salice.

¶ Tertius. ꝙ nunq̄ vtaris diureticis maxime splene exi/stente duro vel opilato tu applices remollientia extra ₇ in/tus exhibendo. Itē nec exhibeas solutiua aū diureticorꝫ ₇ remolliētiū vsū. Item nec ad extra applicabis resolutiua nisi remollitiua pcesserint. Item nota ꝙ sicut reubarbaꝫ ē medicina ꝓpa epatica ₇ lapis laꝫuli ₇ armenius splenis.

¶ Ex cōpositis et est mirabile inungatur stōus oleo.ro. ita calido q̄ntum patiēs pati pōt: deinde aspergatur hoc puluere. Re. masticis.ʒ.ij. gallie muscate.ʒ.ß.pul.ros.rub.ʒ.ij.ß. ¶ Ad idē. Re. draganti assati.an.ʒ.iij.vsq3 ad q̄ttuor.et decoque cū lacte dulci et bibatur: ē iuuatiuū valde qd paulo ante in simplicibus scriptū est de nasturtio et est famosum. ¶ Itē succarū ros.vini° ani cū mastice sūptū et modico gallie muscate. ¶ Itē valet. Re.masticis.ʒ.iij.et detur cū succo citoniorum vel sy.mirtino expellit residuū medicine virtute sua cōpressiua et stringit. ¶ Itē quia post superfluā euacuationē remanet friditas et multiplicatur vētositas molestās hic ponā electuariū Mesue nobile ad hoc cap. allegato cuius initiū tale. Et ex eis que elegimus nos est electuariū hoc ex inuētione nr̄a qd abscidit fluxū vētris operatione catartici cū significationibus frigiditatis: et confortat viscera et calefacit ea. vētositates quidem dissoluit et carminat. fluxū quidē et vētositatem emoroidarum sistit. Re. ligni aloes spice gallie muscate ciperi calami aromatici an.ʒ.ij. cimini carmeni infusi in aceto die ac nocte et torrefacti.ʒ.iij.semis porri torrefacti.ʒ.i.ß. emblicorum infusorum in aceto citoniorum alio succo.ʒ.ij. granorum nasturtij torrefactorum.ʒ.vj. granorum passularum.ʒ.v. granorum mirti tritorum sicut alcohol.ʒ.xvj. balaustiarum arillarum adustarum fructus tamarisci an.ʒ.ij.ß. ameos.ʒ.iij. tere oia sicut alcohol. et frāgantur cū aq̄ citoniorum antiqua. aut cum aqua granorum mirti et exiccentur. deinde pmitte exiccari sup vase vitreato. et iterum terantur et inuoluantur in miua et sit dosis.ʒ.iij. cū sy. citoniorum. aut mirtino. ¶ Itē valēt electuaria stiptica declinātia ad calidum superius de dissinteria posita. ¶ Itē trocisci ex quibus sunt vltimi iuuatiui trocisci Mes. 2° casu allegato capitulo. et spāliter si fluxus fuerit cronicus. Re. balaustiarum corticū glandiū in aceto torrefactorum sumach granorum mirti spoquidos an.ʒ.ij. cimini carmeni torrefacti. et gallarum infusarum in aceto torrefactarum capitum granatorum fructus tamarisci macis rubei aloes gallie arōatice masticis spice an ʒ.i.semis acetose gūmi arabici boli armeni granorum passularum torrefactorum an.ʒ.ß. coriandrorum infusorum in aceto et torrefactorum.ʒ.ij. fiāt trocisci.ʒ.i. cū vino pontico. et sit dosis vnius cū miua citoniorum. aut alio rob stiptico. Ubi vero fuerit fluxus cū signis caliditatis conuenit electuariū tale Mes. allegato loco. Re. granorum mirti tritorum sicut puluis.ʒ.xij.ro. spodij sumach. sandalorum alborum balaustiarum gūmi arabici an.ʒ.i.ß. granorum granatorum acetosorum adustorum.ʒ.vij. coriandri infusi in aceto et assati.ʒ.iij.semis acetose plātaginis seminis ros.an.ʒ.i. fiat oium horum bona contritio et frāgantur cū succo agreste vel cū succo mirti et aceti et exiccentur. deinde inuoluantur cū miua facta ex succo citoniorum et aceto. et sit dosis ab.ʒ.ß.vsq3 ad.i. cū miua citoniorum vel cū syr.mirtino vel aliq̄ huius. ¶ Ad idē valēt trocisci de spodio cū semie acetose. ¶ Itē de berberis et huius de quibus.s. ad plenū de dissinteria intestinorum. quia hēs simplicia et cōposita multa pretēsa. ex quibus aut sic aut diuisim cōponē poteris vt dispō ipa requiret et hinc a multiplicatiōe remediorum supsedeo attēto q̄ in dissinteria intestinali sinsi copiosius. ¶ Quibus sic postpositis ad cibalia et potabilia condescēdo. vnde in tali fluxu apparentibus signis friditatis cōpetūt condita ex sumach aut mirto cū cinamomo mace et huius. et hec noiantur sumachia et mirtia. Item risus ditus coctus in brodio carniū. Itē gelatina cū succo agreste facta cū cinamomo mace gariofi. et huius. Itē apparētibus signis caliditatis conueniūt illa condita absq3 speciebus et breuiter oia q̄ de dissinteria colica intestinali scripta sunt ex parte cibi et potus. et tu ibi. Itē esto attētus q̄ sicut ista p supius data conferūt ita p inferius admīstrata vnde clisteria abstersiua et postea cōstrictiua vt de dissinteria actum est admīstrari debēt. Itē et prohibētia excoriationē cū adipibus. Itē et mitigātia dolorē. ¶ Itē conferūt exterius applicata vt epithimata embroce vnctiōes empla et huius de dissinteria. ¶ Sed nō hoc q̄ a principio fluxus et superfluitatis in corpore valde repleto vitāda sūt stiptica ad extra applicata. qm̄ talia sunt cā compressionis et expulsionis maiorum superfluitatum ad intestina. vbi vero mēbra eēnt inanita et iā mā fluxa esset ex tali fluxu acciderēt laxitas in mēbris et laxitas et debilitas contentiue ista bene cōpeterent: et tu bene aduerte ad hoc qm̄ est contra illos qui statim a principio ad extra applicant stiptica.

Quintus canon cū delectātibus et cor confortātibus pficiatur. et hoc fiet cū debito regimine ex parte sex rerum nō naturalium locetur inquit Mes. in domo tempati aeris nō frigidi. frigus.n. claudit humores ad interiora: neq3 calidi: resoluit.n. calor et debilitat. sit tn̄ parum declināns ad calidū. vt quarta primi. p cap. et 7°. nisi eēt volūtas ad diuertēdum. declinet etiā pariter ad siccum et sit bn̄ redolens ex fridis stipticis: dum nō sit intētio ad diuertēdū cū sudore et huius cibi et potus sint cordiales de quibus.s. decimo caplo. similiter studeant ex parte exercitij quietis et aliarum rerum nō naturalium vt oia aiam letificent. Sed nota q̄ coitus et si sit solatiosus: hic tn̄ maxime vitandus est tanq̄ res perniciosa.

Sextus canō pficitur cū hiis que posita sūt in rubricis de dispōnibus contingētibus in ipo fluxu: et tu ad eas si oportuerit. Et pro cōplemēto opus plima: quia quindecim vidē qm̄ cōpletur narcoticis sensus mēbrorum stupefaciētibus.

¶ Et primo an in principio fluxu superfluente narcotica hic conueniant. ¶ 2° que sunt correctiua narcoticorum. ¶ 3° an supposito q̄ applicari possunt. an secure applicentur. ¶ 4° an nocte vel die exhiberi debeant. ¶ 5° an stō ieiuno vel cibo existente in eo. ¶ 6° an corporibus humoribus plenis conueniant. ¶ 7° an corporibus impuris et cacochimis. ¶ 8° an diebus continuis an interpolatis. ¶ 9° an operationibus spūalibus noceāt. ¶ 10° quāta q̄ntitas sit danda. ¶ 11° an tpe morborum aut accessionum exhibēda sint an ante. ¶ 12° in q̄ substātia an in liqda an in constanti. ¶ 13° an interius an exterius applicāda sint. et p interius an referat p supius an per inferius: et si p inferius an p clisteria. an p licinium. ¶ 14° an simplicia et pura applicanda sint an refracta et cōposita. ¶ 15° an scribenda siue nominanda sunt.

¶ Pro primo ponuntur he cōnes. ¶ Q̄ in principio mā existēte in fluxu et multa nō cōpetūt narcotica. probatur. qm̄ talia ingrossant et imobilitāt mām vnde sic paulatine congesta et retēta et facta multa valde nā grauata eā expellit et sic fluxus ex multitudie mātei augetur cū vestigio congelatiōis et mortis. ergo. pro isto est Mes. allegato cap. canone 6° inquit. cōponūt aūt rē magni timoris a principio huius curātes cum narcoticis. ¶ 2° cōclo. q̄ vbi iā corpus foret inanitū et ante euatū et daretur medicina euatiua et superfluēs nō incōuenit a principio sic exhibere narcoticū. patet cōclo. qm̄ sedaretur fluxus. et non eēt timor q̄ dictus est in pcedēti cōne. ¶ 3° cōclo. q̄ vbi in principio adesset magnus dolor multū virtutē psternēs aut instātia vigiliarum maxime nō incōuenit in principio dare narcoticam. patet. qm̄ iuuamentū eēt pstātius nocumēto. ¶ Pro 2° dōm q̄ prius explicāda sunt nocumēta narcoticorum q̄ eorum correctiua et vt sciamus quibus et qualiter debeamus operari. nocumēta sūt tria primū quia opponentur rei vite. vt Mes. allegato loco. sūt.n. spiritus et caloris inati congelatiua et mordicatiua et stupefactiua et horum correctio fit p opposita: quia p resoluētia calida q̄ prohibēt ingrossationē et congelationē et infridationē. et p cōns auferūt si cū eis commiscetur castoreū pip et crocus vt Mes. et serta decima tertij. de cura fluxus absolute. Castoreū aūt magis

ad resoluendū ⁊ subtiliādū ⁊ phibendū ɔgelationē. crocus vero maturat ⁊ sedat vtutē narcoticoꝝ. hec tria i summa sūt tyriaca narcoticoꝝ. Q, si alia repiūt resoluentia. tñ ista ab auctorib⁹ scripta posita vt beçoar narcoticoꝝ testimonio quoꝝ stare debem⁹. ⁊ q: ipm̄ destruūt opꝫ cōmiscē cū eis cordialia ⁊ ɔfortātia spūs sicut spicā ȝedoariā doronici ⁊ silia inqt Mes. Tertio opꝫ vt socient eis ea q̄ sistūt sedāt ⁊ ɔstrigūt agitatiuas ⁊ reumaticas ⁊ fluētes de pte in ptē sic est myrrha ꝓpe ⁊ olibanū ⁊ sandaraca ⁊ silia suple cordialia ⁊ stomatica calia vt muscus cinamomū. macis gariofil. ⁊ subdit. sic. n. narcoticoꝝ iniqtas repmit. ¶ Pro 3° dōm q̄ nō sine timore applicāda sunt inquiente Aui. sextadecima tertij. allegato ca°. i narcoticis. n. timor. ⁊ Mes. si excusari potes nō ꝓpinare melius est. ¶ Pro 4° q̄ melius est dare de sero ante somnū. vñ Mes. dare in sero ante sōnū est melior horaꝝ q̄ dari pñt qm̄ iducūt somnū ⁊ sōmus sedat agitationes. ⁊ sunt q mane ⁊ ꝓpe quando vigilie nō adsunt. ꝓlōgat. n. necitatē surgēdi ad asellā sedādo mordicationē. ¶ Pro 5° dic q̄ nō sunt dāda cibo exn̄te in stō. ne corrūpāt cibū ⁊ cum cibo ad caput euaporēt aut cū eodē ad mēbra alia trāseant. vñ Aui. 4° pmi. 3° cap. Amplius stupefaciētia sedant dolorē plerūqꝫ ꝓpterea qd̄ dormire faciūt: qm̄ somn⁹ vna est ex causis sedationis doloꝝ ⁊ ꝓpter qñ cum eo fuerit fames. ⁊ Mes. ⁊ oino caue ne dederis sup cibū ⁊ ɔsidera qm̄ cōiter practicaf oppositum. post aūt cenā daf sy. de papauere. sꝫ tñ hic ɔsidera ⁊ relege que scripta sunt. s. caplo allegato decimo. ¶ Pro 6° pꝫ qd dōm. nō. n. dāda sunt corpibus plenis ne mãe ɔgelenf ⁊ coꝝ expulsiones ꝓhibeanf. ne mãe ita multiplicate vtutem supprimant. dent itaqꝫ post mūdificationem. Mes. ¶ Pro 7° no. q̄ nō ɔueniunt corpib⁹ impuris pura in puritate. ⁊ cā ex nūc dictis pꝫ. sed ɔueniūt mūdificato corpe. fortis tñ caloris nālis ⁊ in quo nō apparet īfridatio extremoꝝ in pulsu debilitas ingente Auic. sextadecima tertij. tractatu p̄. vltimo caplo. nō exhibeanf ei cui īfrigidaf corpus debilitaf vtus. ⁊ appet illud in pulsu. ¶ Pro 8° dic q̄ interpolatim quāto magis possum⁹ exhibeamus ⁊ nō ɔtinue: imo vt Mes. īteruēniat inter tps ⁊ tps exhibitio reꝝ ɔfortātium seu cordialiū stomaticaꝝ vt īterponēdo dies plures si possum⁹ aut diem vnū fm̄ tenorē vtutis ⁊ iminētem necessitatē vt saluef thesaurus. sed hoc nota qm̄ plures dant oi nocte. ¶ Pro 9° rñdef q̄ narcotica maxime nocent mēbris regrentibus substātiam multū spumosam ⁊ subtilem ⁊ clarā: vñ valde nocent oculis ⁊ mēbris sensibilibus ⁊ interiorib⁹ ⁊ exterioribus nocēt multū mēbris generātib⁹ multū spm̄ reqrētibus stō. ⁊ hꝫ. ¶ Pro 10° dōm q̄ dāda sunt in quāta minori quātitate possumus. vnde ⁊ Mes. ⁊ fac exhibitionē coꝝ q̄ntitatis pauce ⁊ melior est iteratio q̄ꝫ mltiplicatio. q̄ntitas aūt coꝝ bñ repif ab auctorib⁹ limitata. que tñ est variāda fm̄ medici ɔiecturā respectu etatis vtutis necitatis ⁊ hꝫ. ¶ Pro 11° dōꝫ q̄ tutius est ea exhibē ante aduētum accidētis. naꝫ tūc vtus est fortior ⁊ ꝓhibef eius lesio p aduētum isultus accñtis. vnde ⁊ Mes. ēt insultib⁹ qdē melior horaꝝ est p̄uenire horā ipsoꝝ sicut in colico dolore vehemēti. Jtē Gal. xij. terapentice inqt. in colica qdē vehemēti qñqꝫ maioris necitatis est cura mēdosa que est stupefactio ⁊ ꝓpter apud fortē cōmotionē doloris eius cura ne vtus resoluaf ⁊ cadat: ⁊ ita itellige de alio fortissimo dolore. ¶ Pro 12° q̄ potius in substātia liqda sunt applicanda. nam lꝫ sic citius operef tñ in substātia solida fortiorē ⁊ magis pseuerātem pducūt opationē. ¶ Ad tertiūdecimū q̄ tutius est ad extra applicare q̄ꝫtum est pro toto corpe lꝫ respectu alicui⁹ mēbri sit minus malū ea ad itra applicare vt in oculo. Jtē piculosius est applicare p supius q̄ꝫ p iferius lꝫ ēt sit piculū applicare inferius vt apparebit statim. Jtē minus malū est administrare in suppositorio siue colirio q̄ꝫ cū clisteri. vñ Aui. sextadecima tertij. allegato cap. ⁊ iam nos testificati nos vidisse q supposuit sibi colirīū ex opio ⁊ mortuus est. ¶ Ad quartūdecimū q̄ melius est q̄ sint cōposita ⁊ refracta vt appet ex p̄habitis. ¶ Pro vltimo scribēda sunt q̄dam ex Mes. Aui. tāqꝫ notabiliora collecta ⁊ pmo ex Mes. ℞. olibani. ʒ. i. coaguli leporis. ʒ. ij. opij. ʒ. ß. gallarū. ʒ. iij. fiant trocisci cū syr. de papauere quaꝝ qlibet sit. ʒ. ß. ⁊ sit dos a ß. ℈. vsqꝫ ad. ʒ. ß. ɔueniūt ⁊ fluxui medicinali ⁊ alteri ⁊ sūt expte. ¶ Ad idē. ℞. bdelij sandarace thuris minuti opij myrrhe croci añ. fiāt pillule sicut cicer da a duab⁹ vsqꝫ ad quattuor in sero. ¶ Ad idē ⁊ sunt. Mes. ⁊ valent ad colicam ⁊ indifferēter ad oēm fluxū: ɔfortāt aiam: ɔstringūt vomitū cū sigtionib⁹ friditatis faciūt somnū. ℞. opij thuris minuti ameos gallie croci gallie muscate gūmi arabici balaustiaꝝ tamarisci corticū granatoꝝ myrrhe spice añ. ʒ. ij. iusqami opij añ. ʒ. i. ß. fiant trocisci cū mucilagine citoniorꝫ quoꝝ qlꝫ sit aurei vni⁹ ⁊ sit dos a. ℈. i. vsqꝫ ad. ʒ. i. ¶ Ad idē ⁊ sunt vltimi in itētione hac ad fluxū quelꝫ aluꝫ ventris ⁊ vomitū cum sigtione calitatis. ℞. spodij seminū ro. acacie hypochistidis. sā. dra. gallie croci añ. ʒ. ij. boliar. ʒ. i. ß. opij iusqami añ. ʒ. i. fac trociscos medie. ʒ. ⁊ sit dos a. ℈. i. vsqꝫ ad. ʒ. ß. ¶ Cōsilr valēt trocisci de carabe de terra sigillata vt. s. de dissinteria ⁊ opiatos ⁊ nō opiatos. pro qb⁹ tu recurre ad eū locū ex datis tñ poteris p te pulchre faciliter cōponere vt videbif ꝓposito tuo expedire. ¶ Jtem valet atanasia magna descriptione Mes. Considera.

¶ De fluxu liquefactiuo. Rrica. iij.



Fluxus liquefactiuus est flux⁹ in quo substācie mēbroꝝ humiditates tāqꝫ res nociua a nā ipsa ad ex̄ mittunf. Cuius cā est calitas nō nālis dissoluēs ⁊ eas liqfaciēs. mittunf aūt ad ex̄ qñqꝫ p secessum vt ptinet ꝓposito. ⁊ tūc fluxus est cū vnctuositate vt i ethica ⁊ ptisi qñqꝫ vero per vias vrine. ⁊ tunc vrina est vnctuosa oleaginea habens in superficie vt telam araneam.

Signa demr̄atiua sūt signa ptisis ⁊ ethice p̄cedentis cū teneritate mēbroꝝ vt sūt pueroꝝ ⁊ ifātiuꝫ ⁊ illoꝝ ꝓpe q̄ꝝ lacerti sūt molles ⁊ hꝫ. ¶ Et i eo sūt excūtia sic humiditas liquefacta viscosa. ⁊ ꝓpe cum ꝓcedūt a substātia mēbroꝝ radicaliū. ⁊ qñqꝫ sunt ex eliqtione adipis coꝝ. ⁊ cogñscif q: hec nō sūt sicut illa: sꝫ vnctuosa magis. nec cū tāta exiccatiōe. ⁊ arefactione. ¶ Q, si fuerit alba multū est adipis recētis. si citrina vel ad citrinuꝫ declināns erūt antiq̄ ⁊ cū expellif per vias vrine vrina alba silis spmati vel lacti. ¶ Et qñqꝫ appet in feb. lōga in q̄ corpus multū ɔsumif ⁊ exiccaf iuxta mortē ei⁹. sꝫ cū est ex eliqtione adipis vrina est oleaginea p totuꝫ admixta ⁊ maxie qñ ex superiorib⁹ venit. ¶ Q, si fuerit ex eliqtione adipis renuꝫ pinguedo est ɔglobata ⁊ sepata supnatās. vñ sener nr̄. q̄ bus pinguis ipostasis ⁊ ɔglobata nefreticam significat.

Pronostica de se manifesta sunt ⁊ que dicta de ptisi.

Cura Canones. Jn eo q fit i ethica ⁊ ptisi nō ē spes curē nisi apō sepationē cause ei⁹. quo āt curetf habes dispōnes saltē ptisice habuisti. s. decimo cap. de ethica āt dicef iesu ɔcedēte inferius. ¶ Jn alio aūt qui est ifra istuꝫ hi sunt attēdēdi canones. Primus ordinatio diete. ¶ Secūdus ifrigidatio corpis ⁊ mēbroꝝ pncipaliuꝫ cū eis que sunt moderate friditatis ⁊ stipticitatis. ¶ Terti⁹ vt Aui. ⁊ supra de dissinteria vt nō retineaf expulsio vice vna: imo retineaf gradatim cum medicaminibus de quibus ifra. ¶ Quartus confortatio membroꝝ digestionis.

¶ Primus cōplef cū cibis ⁊ potib⁹ restaurātib⁹ humiditates deperditas ⁊ dissolutas vt sunt carnes perdicū fasianoꝝ gallinaꝝ caponū oua sorbilia sorbitōes cū brodijs ⁊ ouis

alteratē tā. Itē lac in quo extinctū est ferrū. Itē est melius lac muliebre. deinde asine. deinde capre. et inde bouinum; far ordei amilū imponēdo gūmi puluerisati. aut dragagātū vt inspisset humiditates et viscosas reddat et membris adherētes. Itē ad hoc valet puluis coriādri carabe. Itē; pedes vitulorum. cum agresta. itē pisces cum agresta et hm̄ vt .s. de ptisi. pot⁹ sit aque ordei cū zuccaro ro. vel vini anni. et maxime excorticati et modicū assati et ponatur ordeū in decoctiōe ad apturā inclusum. Itē vinū dulce paucissimū lymphatū cum aqua calibeata plus et minus: vt videbitur expedire. quiescat dormiat. quā hec iuuant. vt supra de ptisi.

¶ Secūm vt dcm̄ est cōplet cū frigidis moderate friditatis. nā intēse frigida extinguerēt caliditatē nālem. debēt ergo moderate eē stiptica ne forti stipticitate opilādo phiberēt trāsitum nutrimēti: et hec applicari possunt intus et ex epithimata embrocationes empl'a sup pectus dorsum et epar qūq; addēdo modicum cāphore. ¶ Ad intra vero da alterantia. vt dcm̄ est aut ex sy. vt sy. iulep ro. cū aqua plantaginis. aut hm̄ de qbus ad plenum de dissinteria de dispositionibus corpis epatis vbi recurre. ¶ Itē fiunt clisteria alterātia vt ōstrictiua quodāmodo nutritiua vt de dissinteria. nec in exemplis processi quā visum est mihi hoc loco superuacuum tu ex dictis compone.

¶ De fluxu cretico. Rica. xiij.


E ipso dicat cū Auic. q vbi appareat cū cōditiōib⁹ bone crisis posite p̄ asso. cōmento 2°. ea quoq; crisis fit nō est restringēdus. Ubi vero supfluere curet vt īfra de fluxu colerico ex pte sex rerum nō nālium et medicinalium. veritū si hic fluxus accidat in febre valde acuta. tunc nec caro cōuenit nec ex⁹ aqua nec ōtusū ex carne nec sublimatū. sed ptisana ordei cū succo granatorum. Qz si pur nō vellet carnes dimittere da cū vino granatorum agresta berberis et hm̄. et similr pisces et consimiliter de reliquis stipticis. et tu ōsidera hec.

¶ De fluxu stercoroso. Rica. xiiij.


Fluxus stercorosus ē flux⁹ q̄ stercora vltra ōuenientē suę solitā q̄ntitatē eorum emittit: ex⁹ cā ē q̄ntitas et q̄litas cibi et paucitas ei⁹ qd ad mēbra et epar trahit ex eo et multitudo ei⁹ qd ex eo vtraq; cōsa ab eo mediāte chilū fell' et splene reddita siue mittit ad itestina.

Cura Canones ordiatio diete. apertio vie alimēti. tertius attractio alimenti ad membra.

¶ Primus cōpletur cū cibis multe qualitatis et pauce supfluitatis. et moderate quātitatis ita vt sufficiant.

¶ Secundus cū ficubus phisticis amigdalis nucibus et talibus facientibus cibum penetrare.

¶ Terti⁹ fiat mēbrorum fricatio leuis igrediat balneū donec nutrimētum ad mēbra trahat p ipm resoluat supfluum.

¶ De fluxu a spissitudine cutis. Rica. xv


Accidit qn̄ flux⁹ ex pororum cutis ispissatiōe siue obstructiōe q̄re mãe p poros egredi nō potētes ad interiora ōuertuntur et fluxum causant.

Cura In cui⁹ cura sic pcedēdū ē. ¶ In facto a cā pmitiua qz accidēit cutis ispissatio vt sepe ōtingit estimerā causari studeat in remouēdo illā cū alterātibus solis ad ōtrā. Qz si aderit repletio. tūc mūdificato vētre pus a fecib⁹ faciem⁹ fricationē cutis toti⁹ cū decoctione abrotani foliorum petros. paritarie aut hm̄ apiruis. aut cū herbis ipsis. aut faciem⁹ decoctionē corticū fasiolorum et seminū melonis farine fabarum. itē cū decoctione furfurum aut corticū ordei et silib⁹ hītib⁹ apire poros. itē faciem⁹ extremorum fricationē donec rubeant. ¶ Et eius dieta sit cibus subtilis chimi facilis digestionis. panis sit fermētatus nō multū salit⁹ simulaceus et ad furfuraceū declināsō. ¶ Uinū sit albū subtile aq̄ sit cisterne vel pluuialis. itē coopiatur pānis leuiter leui coopertura. Qz si corpus tale fuerit replectū fac flōmiā: aut ex cōi aut ex nigra aut alia vt videbitur expedire. ¶ Qz si hūor alter a sāguie i eo nō peccauerit nō cōmixt⁹ cūa. et nō cōmisceas stiptica. ſz ōstāte flux⁹ opilōne da stiptica añ cibum vt stomacus et alia mēbra ex fluxu īlarata ōfortent vt est diacitoniten. coriandrorum et hm̄.

Cura In facta vero a cā añte. p cura illi⁹ abscisionē aut cū flōmia. aut cū solone vt dispō īdicauit p̄nutrēdo digestiua. deide trāseat ad localia. dcm̄ est. et ōsidera.

¶ De fluxu opilatiuo. Rica. xvi.


E eo satis dcm̄ est in fluxu epatico tā sub breuitate qcq; ptractabit narrādo q p opilationē hic intelligitur opilatio coartatoria que fit ab humore aliquo ex quattuor aut ex pluribus eorum in venis epatis. aut in via inter epar et intestina.

Signa demr̄atiua qz hic flux⁹ plus venit de nocte q̄ de die. et cū multis colorib⁹ cum grauitate sub costis in pte dextra et sine dolore et est pīodicalis. vn̄ et supstat qn̄q; .xx. dieb⁹ q nō molestat patiētem et ptunc credit se esse liberatū et reddit quāto plus vtit stipticis tanto magis assidlat. Et pro his oībus supra de fluxu epatico.

Cura canones. Primus. q a pncipio cuitentur stiptica. nam qui sic ea administrant cōmittunt rem magni erroris. vt allegato loco.

¶ Secūdus q ordinet dieta cum cibis et potibus deopilatiuis et non multum in principio.

¶ Tertius est euacuatio humorum opilātiū. flōmia aut farmacia minoratiua cū qua cōmisceatur apitiuum.

¶ Quartus est digestio vt si fuerit grossa cū subtiliātib⁹ nō nimis saltē in pncipio si viscosa cū incidētib⁹. et ōsimiliter si mixta admiscendo hec cum his suo modo.

¶ Quintus est euacuatio eradicatiua seu fortior cum qua cōmisceatur apertiuum.

¶ Sextus est aptio fortior vt cū diacalamēto tyriaca sumpta cū aqua sublimatiōis feniculi calamēti spagorum et hm̄ que dari debebant in principio operationis.

¶ Septim⁹ est diuersio cū fricatiōib⁹ factis añ cibū cū panno aspe circa corp⁹ circa dorsum circa vētrē. ¶ Itē cum cōprehēdit q cib⁹ sit in stō hn̄ digestus ōuenīūt fricationes sic leues facte fm̄ lat⁹ dextrū vt ipse cib⁹ meli⁹ ad epar trahat marie existe opilōne iter epar et stōm et hoc voluit Auic. de cura eius cū ingt. fricatio aūt opz vt ab ipo non separet ante cibū et post ipm et hec fricatio est maxima nēcia in casu isto. vn̄ Aui. opz vt nō soluat iste eger a fricatione.

¶ Ultimus est ōfortatio mēbrorum etiam: qz vtplurimū iste fluxus est a materia frigida. ideo laudatur ab auctoribus aromaticum ro. descriptione Gabrielis. Item diatrionpipereon diacinamomum et hm̄.

¶ Et pro ampliori cōplemēto secundi canonis aduerte ad Aui. ingt. et rectius est habēti hāc egritudinē vt comedat cibum suum in plurib⁹ vicibus nō in vice vna: imo in omni hora quantitatem que ei ptinet de cibo suo. deinde opz vt partiat. deinde opz vt ōsequi faciat cibū suum illud qd adiuuet ad penetrādum cum velocitate. et aperit opilationem ciborum et melius illo toto apud Gal. est diacalamentum et detur de eo ante cibum vsq; ad aureum .i. et cum digerit cibus detur ex eo quantitas medie .ʒ. ¶ Uinum sit albū subtile acreum nō dulce. et Aui. sit vetus subtile forte pau cum de quo est bibēdum vsq; ad .ʒ. iij. post assumptionem .ʒ. iij. diacalamenti vel alterius talis confectionis. hec volo pauca tibi sufficisse cum his que de fluxu epatico supraseripta sunt. et hec singula considera.

¶ De passione colerica. Rica. xvij.


Um ptingat humorū a corpore expulsio aut per superius tm̄ aut p inferius tm̄ aut vtrocꝫ mō sil' ⁊ iam imediate pcedentib' actū sit de pmo ⁊ supra. xiij. cap. de 2°. ⁊ vltimo visuȝ est ptractari de 3° qui amplectif eos duos modos sil' ⁊ est colerica passio seu fluxus colericus nominatus.

Est itaqꝫ colica passio dispō in qua hō sil' ⁊ eadem hora hūores aut cibaria p supius ⁊ inferius nihil retinēdo expellit. Cui' cā est aut multitudo cibi mali post satietatē nauseatiuā multiplicati. aut humores fridi flatici corrupti visc osi. aut nō viscosi ex piscib' fructibus ⁊ hꝫ fridis geniti. vt humores colici male q̄litatis vt prassini eruginosi: aut alij vt salsi acuti qui repiunt in stō aut in itestinis stimulātes vtutē vehemēti stimulatione q̄ cogit p supius ⁊ iferius simul ⁊ semel expellere: queadmodum ptingit pugilib' multū infestatis qui sil' ⁊ semel pugnāt ante ⁊ retro. ⁊ q: multum sic infestaf nā hinc acuta causanf accidētia vnde ⁊ qnqꝫ accidit sincopis spasmus ⁊ hꝫ. de qbus infra: pter qd inter acutas imo pacutas numerant egritudines. vñ psueuit terminari in. vij. ipa quasi nunqꝫ egrū qescere pmittit tāta est eius ifesta molestatio q: in eo. ⁊ qnqꝫ ante iterficit. pter qd cuꝫ ea cōprehēdere nō negligas cum pniciosa ⁊ iter oēs est que ex cola existūt. in stō ⁊ itestinis cōprehensa: ipsa nāqꝫ stomacum ⁊ intestina mordicat ⁊ ad vomitum incitat.

Signa demrātiua qm̄ in tali fluxu apparet sil' ⁊ vomitus. ita q patiēs simul ⁊ semel emittit p superius ⁊ iferius ⁊ est cū angustia ⁊ dolore ventris cum siti magna cum vigilia ⁊ euacuanf p supius ⁊ inferius male mãe corrupte flegmatice vel colerice vt in eius descriptione dcm̄ est: ⁊ antecedit ipam anxietas nauseatiua. ⁊ multitudo vētositatis in vētre ⁊ dolor p dies aliquos ⁊ icipiūt pl'imum cum dolore vmbilici ⁊ punctura eius ⁊ aliquando est multus secessus cum pauco vomitu.

Signa si fuerit ex colera q: fit post se. adurentes aut acceptionem medicinaꝝ. aut vini puri aut rerum mordicātium epar calidaꝝ ⁊ acutarum.

Q, si ex flegmate ⁊ q: pcessit satietas nauseatiua ⁊ vsio rerꝫ flegmaticaꝝ malaꝝ aptaꝝ facile corrumpi.

Si ex sanguine aderit signa sanguinis de qbus in pncipio operis. ⁊ tu ibi. Et est ita fortis passio vt vix p istās permittat egrū quiescere. Et in hac passione pulsus debilitaf multū ⁊ tympora applananf. ⁊ nasus minuif ⁊ facies ipsa mutaf ad dispōnem mortui. ⁊ forte extenuaf totū corpus maxime aptū. Et qnqꝫ pducit ad excoriationē intestinoꝝ ⁊ meri ⁊ gutturis ad sudorē frigidū ⁊ extremoꝝ frigiditatē sincopim spasmū. Et in summa accidūt accidentia mala que psueuerunt venire in fluxu ex medicina.

Signa si ex ciboꝝ assūptiōe venerit scif illō narratōe ifirmi. Si ex mltitudie grauādo: si ex acuitate mordicādo.

Signa si ex catarro q: egestio spumosa. vt supra de fluxu ex catarro. Et sic psimili ex de alijs.

Pronostica Iaꝫ de pronosticis dcm̄ est hic: ad q̄. s. accītia mala pducit. si statiꝫ ei nō succuraf: ⁊ iō vt dcm̄ est noli esse negligēs medicator.

Cura Canones in cui' cura opꝫ vt pcedaf diuersimode fm̄ diuersitatē suaꝝ cāꝝ queadmodum de cura aliaꝝ dispōnū: vt dcm̄ est. Attēdanf q ipsi' tpa distincta sunt ex pte mãe ⁊ ex pte accītium. Vñ Aui. xvj. tertij. de cura eius. in pn°. Colerica passio hꝫ regimē in pncipio cū mouef. ⁊ regimē in medio sui mot'. ⁊ regimē apd cōmotionē suā malā: ⁊ inobedientiā suā maliciosaꝫ: ⁊ motionē accidētium suoꝝ timorosoꝝ. Primū regimē respiciunt tres pmi canones. q sunt ordinatio diete. euacuatio. diuersio. Scōm regimen respiciunt duo. qui sunt. psortatio: ⁊ resolō. sine psumptio ei' qd remāsit. Tertiū vo respicit vn' q est sext' in nūo ⁊ est correctio accītiū.

Pro p sexto q absolute nisi debilitas vtutis cogat debēt tales abstinē donec mãe corrupte ex ducanf. Q, si debilitas assueuit def cib' leuis digōnis boni odor: in q̄ patiēs delectef. ⁊ nō def cibus iducēs abominationē: dato q ēet pueniētissimus. itē q nō separef ab eo vtus stiptica: dꝫ etiā cib' ⁊ simul pot' variari fm̄ varietatē cause: q: si cā erit calida: da aliqn̄ frigidū. si frida calīn. ⁊ inter hec modera. vt videf expedire. vt pbi grā. In frida laudanf turtures: gallinep: pdices: fasiani assat: in quoꝝ ventre ponanf mirti: ⁊ hꝫ. stiptica. In cā vo cal'a da psilr frigida alterata. ⁊ in p detur vinū odoriferꝫ cuꝫ aqua decoctionis mirti: ⁊ hꝫ. In 2° ipm limphatū cum odoriferis stipticis. Itē debes addere in stipticis plus in fine ⁊ minus in pn°. imo pmittaf: vt mã tota si posi est egrediaf. Potus aūt sit vinū albuꝫ: aut modicū rubeuꝫ: carēs dulcedine. ⁊ b qñ est magis stōi pstratio. Quiescat ⁊ stet in loco non multi luminis necꝫ frigoris. frigus .n. expellit hūores ad iteriora ōio. Studeaf in faciēdo eos dormire vt posi est et statim sup cibuꝫ ⁊ aſi. qm̄ in oi fluxu nulla est hac medicina melior. vt sup de dissinteria ⁊ tenasmone. De inanitione dicef statim. non iref non turbef. sed. gaudeat ⁊ pro posse letetur.

Euacuationē psilr diuersifica ex pte cause ⁊ loci mãe. nā si cā fuerit frigida: da aquā calidā cū cimmo: galāga: cinamomo: pipe lōgo. Q, si cōprehēderis mām pur hēe raptū ad supiora itroduc vomitū. nā sicut flux' fluxu: ita vomitus vomitu curaf. Auic. cap. de cura colerice auēte Ipo. pueniūt ⁊ si. acetosus simplex cū aqua cal'a. Itē aq̄ sola calida cū pauco salis. Si ḡ cōprehēderis mām difficulter p supiora educi. ⁊ sentif circa vmbilicū pūctura ⁊ dolor: stude in euādo mām p inferiora cū aliquo lenitiuo respiciēte humorē ipm: ita tñ q nō sit multū vigorosuꝫ: ne superfluus iude accidat flux'. Itē cū suppositorio pūoca secessum aut cū leni clisteri ex maluis bliti mercuriali cassia oleo ro. apparēte signo caloris zuccaro ro. ⁊ sale. ⁊ si apparēt frigoris signa: adde ierepigre. vbi vo fuerit colera vel humores colerici ad fundū stōi ⁊ ad itestina trāsmissi. tūc introduce vomitū facilē. aut si mã descēderit da solutiuū facile: aut fac suppositoriū: aut clistere. vñ in sūma mã hūēte raptū ad inferiora solue ad superiora vomitū introducas.

Diuersionē aūt cōplent ligationes extremitatū. vt in rubrica pori de fluxu vi catartici. ⁊ tu ibi. Q, si ptingat superfluere appone ventosas vmbilico. vt rubrica precedenti. ⁊ supra. xiij. cap. de vomitu superfluo.

Cōfortatio aūt cōplef pro nūc ⁊ cū remouētib' malam pplonē stō impssam. ⁊ cum phibētib' vomituꝫ ⁊ fluxum. Vñ in cā cal'a pueniunt rob frigida ⁊ stiptica nō acuta. vt rob mirti vinū granatoꝝ agreste rob citonioꝝ vinuꝫ citonorelle ifuse in altero ipoꝝ. q si ptingat cū vomere reiterata da puluerē coriādri pul. mirti spodij cū cibis suis. Item cōpetit si. de berberis si. ro. de ribes: ⁊ hꝫ. nā pstrictiua nō acuta dicta sunt de dissinteria. ⁊ b casu pueniētia. In cā frigida da cal'a ⁊ maxime cōueniūt si. de mēta factus vino citonioꝝ. que sunt cal'a stiptica. habes supra in pn° de dissinteria. Ad ex aūt stomacus ⁊ vēter totus inungaf ⁊ emplastref cuꝫ calidis aut frigidis vt exigit dispositio. de qb' ad plenū de dissinteria. laudatur mastix in cā frigida: olei de neridē. ⁊ oleū de lilietro. vo in cā calida infusa in eo pecia ⁊ super vētrem ⁊ ipocundria extensa. ⁊ hoc si fuerit ex oliuis imaturis factum: tu tamē etiam discurre per ea que dicta sunt de fluxu ventr. e vi farmatici.

Pro quinto cōpetit balneū. ⁊ hoc apparēte declinatione vñ Aui. fac eos ingredi balneū cū facilitate ⁊ nō multiplicent moraꝫ cū eorū mo quātitate sua sumūt de humiditate balnei. deinde extrahe eos: ⁊ cooperi ipsos ⁊ ciba eos cibo

pouco leui boni chimi. nā cibus dʒ eē talis ꝛ stōm ꝯfortās ꝛ ex talibꝰ cōmēdatus est pullus assatꝰ aspsus aq̄ ro. aut frigida: aut aqua mēte cū puluere mirti: aut masticis: vt exigit dispositio. potꝰ aūt eoꝝ dʒ eē vinū ꝛ plus ꝛ minus limphatū cū aq̄ calibeata plus ꝛ minꝰ. aut aq̄ alia stiptica. vt est aqua mēte rosaꝝ plātaginis ꝛ hꝫ. vt exigit dispositio: ꝛ in ꝯfortatiōe stōi ꝯueniūt trocisci. vt de ro. de absinthio ꝛ hꝫ. de qbus ad plenū de debilitate stomaci. ꝛ tu ibi.

ℭ Accidentia ꝯsueta euenire sūt sincopis ex eleuatiōe maloꝝ vapoꝝ ad cor spasmus ꝛ sitis. ℭ Vñ apparēte sincopi da vinū odoriferꝫ stipticū. arte aut nō dulce ꝯsilr. q: fac stipticū cuꝫ vino citonioꝝ. aut aqua eiꝰ vel alia ꝯsili. ꝛ silr dulce cū succaro. i quo qdē vino ponaꝰ panis assatus calidus. ꝛ si sint signa frigoris potes addere modicuꝫ musci. aut cinamomi. vñ 9ᵒ Almansoris laudaꝰ vinū cū musco. Itē da pullinas carnes: in quaꝝ vētre sint mirtus: aut citonia: aut aliqd̄ tale. ꝛ i sūma stude restaurationi vtutis: ꝛ tu require sup̄ de sincopi. xj. ca. Laudaꝰ ꝛ diacitonitē cuꝫ spēbus ꝛ absqꝫ fm cām. vñ Gordonius. Da mihi citonitē si vis dimittē hiem. ℭ Qꝫ si ꝯtigerit spasmꝰ inunge nucaꝫ ꝛ iuncturas cū oleis ꝛ cerotarijs ꝓfundantibꝰ vtutē suaꝫ. vt in hyeme cū oleo de spica: liliorꝫ alboꝝ: camomillino. Itē in estate cū ros. mirtino violato. Itē infunde pānuꝫ cū oleo violaꝝ amigdalaꝝ dulcium: ꝛ suppone dorso: ꝛ partibꝰ extremis. Itē euacuationē ꝛ alia obserua que de spasmo scripta sunt supra: scdo cap. sexti tractatus. Et de regimine inqt Auic. q̄ si pulsus icipit minorari ꝛ videris aliquid de impressione spasmi ꝛ singultus: icipies ꝛ dabis eis in potu aliqd̄ de vino dulci odorifero: in quo est stipticitas cū aqua citonioꝝ ꝛ tortellas. aut medullā panis simulaginei calidi quātum posse est. ꝛ si necium est q̄ sit fortius illo accipiaꝰ pullina ex carne molli ꝛ tenera: que sunt ex carne auium ꝛ arietū: ꝛ incidaꝰ ꝛ ponatur sicut in vase. ꝛ decoquaꝰ vsqꝫ quo emittat aquositatē suā. ꝛ forsitan ad se eā redire faciat. deinde exꝓmaꝰ fortiter. post decoquaꝰ illud qd̄ exꝓssum est ex ea paulatum: ꝛ fiat acetosū cū aliquo fructuū ꝛ meliores sunt granata ꝛ citonia. ꝛ sunt ex hoībꝰ qui ponūt cuꝫ eo aliqd̄ occultū ex vino ꝛ sorbeꝰ. ꝛ si digitis soluaꝰ in eo. panis nō erit i eo malū. deīde dormiat sup illud. ℭ Sitis aūt ipoꝝ frāgaꝰ cū eis que sūt sicut sanie ordei aut sanie maloꝝ cū aqua granatoꝝ. Aui. ꝛ habuisti. s. de siti. xij. cap. tractatꝰ sexti. ℭ Hāc rubricam breuioribꝰ expediui. qm̄ affinitatē magnā hꝫ cū vomitu ꝛ fluxu ꝛ imo: vt dcm̄ est qd cōpositum ex eis. vnde habita notitia simplicium facilis est ea que compositorum.

De fluxu aūt ꝯtingēte ex caliditate aeris dissoluēte humiditates. ꝛ faciente ipas fluxibiles: vt accidit flatu nimio austri: ꝛ in regionibꝰ meridionalibus aut ex frigore cōprimēte ad iteriora. ꝛ humiditate eiꝰ mala reddēte humiditates corpis fluxibiles. nihil aliud scriptū est: cū eius cura manifeste depēdeat ex cura tenasmonis a mala ꝯplone: ꝛ ab his q̄ scripta sūt in cura alioꝝ fluxuum. Hec itaqꝫ ꝛ ꝓ memoria eiꝰ sufficiāt: ꝛ sic cū auxilio oipotētis dei patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti: terminaꝰ lōga mā de fluxibus: in qua dʒ vnusquisqꝫ bene speculari. cū omni quasi anno in nostra regione hominibus ꝯtingat.

ℭ De doloribus intestinoꝝ. Rica. xviij.



Apud medicine viros grauissimos reperiunꝰ hi termini: dolor punctio itestinoꝝ: tortura: passio: mirachia: rugitus: colica: ꝛ iliaca. q oēs dolorē itestinoꝝ iportare videnꝰ recipiētes iter se distīōnē formalem. aut rōne loci siue mēbri. aut rōne effectꝰ. ℭ Vñ dolor itestinoꝝ dī sensatio eoꝝ tristis i ipsis qeta manēs. ℭ Punctio dī ois intestinoꝝ dolor: nō veniēs valde in q̄cūqꝫ loco fuerit. q cū augeꝰ fit colicꝰ aut iliaticus. vñ Aui. de doloribus itestinoꝝ. pūctio que nō fit cū fluxu cum fortior fit in colica aut iliaca. hꝫ tn̄ cū colica maiorē silitudinē. Unde Aui. ois pūctio vehemēs est silis colice. ℭ Tortura vo ꝑ ut coartaꝰ ad dolorē itestinoꝝ est dolor itestinoꝝ: in quo cūqꝫ fuerit loco cū pūctura angustia ingenti durās: q: mutatione decubitꝰ ꝛ vehemēti malitia: cuius cā fm p̄mū sunt humores colerici mali in itestinis inclusi. ipa tn̄ vt ꝛ rugitus se extēdit ad nocumētū stōi. vt supra. xiij. cap. de eis olbus. ꝛ tu ibi. ℭ Mirachia dī dolor ꝑpetuꝰ sub ypocundrijs cū fortitudinē accītui. cuius cā est nocumētū in ipo mirach coopiente itestina ꝯtingēs. est. n. pāniculus sentiēs valde: qui pati pōt malā ꝯplonē ꝯpōnē ꝛ solonem ꝯtinuitatis. ℭ Rugitꝰ vo dī dolor ipsoꝝ itestinoꝝ a vētositate multa cū sonitu ꝑambulāte causatus. ℭ Quid autē sit colica ꝛ iliaca suis dicꝰ specialibꝰ rubricis. Conciliator tn̄ differentia. xxiij. inquit. idē esse scrophus tortio ꝛ punctio. Uenio autem ad ipsam punctionem. ꝛ dicem mcū sequar rubricam de ipsa faciens specialem.

ℭ De punctione intestinoꝝ. Rica. xix.



Cuiuslibet pūctionis cā aut est vētositas coartata: aut superfluitas mordicatiua: aut humor viscosus adherēs: q sua adherētia facilr expelli nō pōt. ꝛ ipamut malā ꝯplonē. ꝛ in eiꝰ sepatione dolorē causat: aut vlcus apatum: aut vermes ipsi. Et lꝫ eiꝰ cura depēdeat ex cura colice. vñ Aui. cap. ꝓprio. Cura eius est cura colice. nihilominꝰ vt ducē meū sequar curā de ea succinctā ponā distinctā fm causaꝝ eius varietatem.

Signa demonstratiua ventosa cū rugitu fit ꝛ cuꝫ inflatione ꝛ cuꝫ extensione absqꝫ grauitate. ꝛ alleuatur in exitu ventositatis.

ℭ Signa si fuerit ex colerico humore. tūc erit grauitas cū vehemētia mordicatiōis. ꝛ cū iflātiōe ꝛ siti ꝛ citrina erūt colerica ex pte egestionū ꝛ vrine ꝛ regimē precessit colere multiplicatiuū. etas cōplexio ꝛ habitudo. ꝛ hꝫ declarant.

ℭ Signa si ex flegmate fuerit salso erit mordicatio cū siti. sed egestiones erunt flegmatice ꝛ vrina erit colorata ꝛ nō vt in colerica.

ℭ Signa si fuerit ex hūore grosso ꝛ viscoso ad eiꝰ viscositatē sequaꝰ excoriatio vt. s. de dissinteria ꝛ tenasmone erit g̃uitas cū dolore fixoi vno loco ꝛ exitu digōnū viscosaꝝ.

ℭ Signa si fuerit ex vlcere itestinoꝝ iam dicta sunt supra.

ℭ Signa si fuerit ab epate iā posita sūt. s. in fluxu epatico.

ℭ Signa si a vermibus dicentur infra in hoc eodem cap. rubrica sua. ꝛ tu ibi.

Pronostica si fuerit ex vitio hūoris acuti. siue colici. siue baurach flegmatici nisi occurraꝰ ad itestinoꝝ excoriationē ꝑducit hic qdē vltenius minaꝰ excoriationē. vt iam dcm̄ est de dissinteria.

Cura Canones. i. ea itaqꝫ q̄ fit a vētositate. Pimꝰ ordinatio diete. vt q̄ alienet a se oē vētositatis g̃nati uum. de quo rubrica de colica in pn̄ꝰ. Itē preter vtaꝰ cibo ꝛ nō bibat aquā supra cibū neqꝫ supra ipm moueaꝰ. Vñ breuiter que dicenꝰ hic de cura flatice ex pte diete ꝛ i de colica vētosa sunt tanq̄ vltima hoc in loco ponenda.

ℭ Scdʒ est resolō vētositatis maxime qñ sepabilis. q: si nō sit multū mālis ꝛ hoc cū ꝯfortantibus stōm ꝛ itestina calidis resoluētibꝰ vt diacimini. cinamomū. tyriaca metridatum semina resoluētia vt anisum feniculus ꝛ hꝫ. in omnē modū ꝯueniūt administrationis. Qꝫ si fuerit insepabilis q: multū mālis. tūc respectus erit in ordine euacuatiuo. que fiet cū vomitu. aut secessu. Vñ laudanꝰ enemata hoc casu maxie cū est mā in itestinis grossis iuxta canonē de dissinteria ꝛ farmacū cū est i supioribꝰ. Et simplicia laudata ab Aui. pro enemate sūt anetū. ciminū. polipodiū. cētaurea. ruta sicca. fenūgrecū. apiū. oppoponacū. bdeliū. oleū de

spica. a deps galline. olei rutacei. z mel. Et qb' cōpone vt videbit expedire de aliis euacuatiuis dādum per supiora approbata hēs 4° cap. silr ō vomitiuis. xiij. cap. ō vomitu.
¶ Post eūonē sit tertius ō ordine resoluēdo z resolue cū di etis. Et laudat pro mirabili puluis calcanei porci vsti sū ptus cū vino aromatico. vt ībi gfa. 3. i. ¶ Jtē ad idē pul uis baccaꝝ lauri excorticataꝝ solue vsqꝫ ad. 3. ß. qꝫ mlta talia habuisti hic supsedeo a multiplicatione eoꝝ. nā que dicent statim de cura flegmatice: sunt etiā hic vtilima.

Cura flegmatice opꝫ diuersificare curā fm diuersitatē flegmatis. ¶ Nā in ea que est a flate nō viscoso opꝫ ordinare dietā sibi ꝓportionabilē. Et laudat hoc casu caro ericij assati. vñ Aui. z ericius assatus fm qꝫ dicit con fert punctionibus ambabus simul.
¶ Jtem digeratur secundo si nō molestauerit multum. qꝫ si sic incipe ab euacuatione.
¶ Tertio autem euacuetur. cum quibus autem hec perfi ciantur. habes supra quarto tractatu.
¶ Quarto ꝯfortent itestina z stōus cū resoluētibus. z car minantib' vētositatē. Laudant hoc casu been carpobalsa mum si de eis bibat. 3. i. cū aqua calida mane z sero. Aui.
¶ Fiāt embroce emplastratiōes z hꝰ. stō vmbilico z ven tri cum aneto ruta cinamomo granis lauri cum vino aut absqꝫ vt videbit expedire. nā in de mala cōpositione com plexione frigida stomaci habuisti multa. z plurima habe bis de colica hinc his breuibus claudo.

Cura Jn ea que a flate ꝓuenit salso ordina dietā ꝓpor tionalē. Et minoret cib' z sit boni chimi z ꝓpor tionati. Bibat paucū vini z limphatū si vinū fuerit alicu ius vigoris. z sit vinū subtile. ¶ Deide trāseas secūdo ad euacuationē saltē si multū stimulabit cū hierapigra dia citonitē solutiuo polipodio turbith cū aqua violaꝝ sebe sten z hꝰ. Ꝙ si nō multū molestabit digeras ꝑus. deinde euacues. Et qm̄ ꝯsueuit vtplimū molestare hinc credo. qꝫ Aui. dixerit opꝫ vt icipiat ab euacuatione ei' cū clisterib' que recipiūt turbith polipodiū cū aqua sebestē z violaꝝ. z itellige istum canonē in ꝑcedētib' z sequētib'. Euacua tiua flatis salsi habes supra quarto tractatu.
¶ Ubi vo fuerit fla viscosum ꝑcede ꝓportionalr. qm̄ eua cua ꝑmo si videbit. aut ꝑus digeras. deide euacues z die tā vt expedit ordina. ¶ Et in sūma in oi frigida ꝯfert po tus aque mell' cū flore aneti. aut anisi. aut acori. aut bacce lauri. z vbi fla sit viscosum ꝯfert cartamus marime.

Cura in facta a mā colerica mordicatiua ꝑus attende verbū Aui. de ea. Et opꝫ vt caueat ab errore ca dēte in ea z extimat qꝫ sit colica. z curat cura eius. z mo rit infirm'. sed de hoc magis infra de cura colice colerice.
¶ Tu itaqꝫ ꝑ post ordinationeꝫ diete. de q̄ hēs 3° tracta tu. vt sunt blitis spinachia lens berberis z hꝰ. si virtus erit fortis solue cū electuario de succo ro. aut de psilio aut cuꝫ mirabolanis citrinis z modico scamonee. Ꝙ si debilis cū cassia. māna diaprunis z his silibus. ¶ Deinde si res req rat digeras. ¶ Deide euacua z ꝑ supius z inferius vt tibi videbit. ¶ Deinde ꝓcede cū pticularib' ad extra applica tis sicut est oleum ro. vio. semen psiliij z hꝰ. conficiendo vn guenta emplastra. ad intra confectiones infrigidantes de qbus tractatu quinto.

Cura Facte ab vlcere est cura vlceꝝ z iam posita est.

Cura Facte a vermibus est cura vermium z cura po netur infra in fine capituli.

¶ De rugitu z egressiōe vētositatis absqꝫ volūtate. xx.


Am dictuꝫ est qd sit rugit' in ꝑcedē ti rubrica. Et cā vētosi tatis multiplicate in eo est malitia digōnis ꝑꝑ aliquā causaꝝ in malitia digestionis. que est in mēbris. aut in cibis. ſꝫ vtplimū est ꝓpter fri giditatē ledētē digestiuaꝫ mēbroꝝ. qñqꝫ tn̄ ꝯtingit ꝑꝑ de bilitatē ꝯtinue. vt in fine ꝑsistē accidit etiā cōitate alioꝝum mēbroꝝ vt cōitate splenis a quo ꝓueniūt ventositates. vt. ß. de splene. qñqꝫ mala frigiditate itestinoꝝ cōicatur eis ꝓpt malā mirach dispōneꝫ. qñqꝫ debilitate epatis. ¶ Fit autē hic rugitus vtplurimū leuitate māe ipsa vētositate stimu lante ad egestionē. z sonitus eius in intestinis supioribus est acutus in grossis grauis. z cum est cū humiditate facit gurgulationē que rugit' dī a Gal. rj. de accñti z morbo.
¶ Postremo sciēdū qꝫ aliqñ mollificat rectū intestinū aut ieiunum qñqꝫ hi duo simul quare accidit egressio vētosi tatis absqꝫ volūtate z cognoscit per id qd videtur de pau citate sensus aniꝫ aut frigiditatis eius.

Cura rugit' curat cū silib' cū qbus ꝑūctio z colica cū ꝯfortātibus digōnem carminātib' resoluētibus. de qb' iaꝫ actū est in ꝑcedēti rubrica. z amplius de colica.

Cura egressionē vētositatis inuoluntarie cū curanti bus mollificationē ani: de qb' infra suo loco ad ministrādo ad intra vt tyriacā z hꝰ. Et per iferius enema ta. Et exterius vnguenta. z supra vmbilicum si lesio acci derit vitio intestini ieiuni. z tu ad hec ex dictis z dicendis considera. z sic hec sufficiant.

¶ De colica. Rrica. xxj.


Olica ē egritudo dolorosa i itestio colō ꝯtigēs ex q̄ fit difficilis exit' ei' qꝫ egredi dꝫ ꝑ nām. Cu' cā fm plimū est mala ꝯplō frida flatica vel vētosa. ¶ Et dī colon qm̄ colica sic dcā est ab ipo colō. veruꝫ tn̄ Aui. ingt colica qdē fm vitatē est nomē ei' i quo est cā in itesti nis grossis. s. colō. q̄ sequunt ipꝫ. Et paꝝ ifra qꝫ si est in ite stinis gracilib'. tūc nomē ꝓpriū ei fm sciam verā est ileos. Ego aūt ꝑ nūc secut' suꝫ modū loquēdi cōem z est Alexā dri viatici z mltoꝝ alioꝝ auctoꝝ. tu tn̄ collige vt magis placet. nā de noib' nō est a medico disceptādū vt. ß. sepe.

Et dicitur eius cā qm̄ ab aliis etiā causis ꝯtingere pōt. nā ꝑ ordinem ꝓcedendo sic distin guā. qm̄ aut eius cā est exterior. aut iterior. Et iterior aut ꝑ ꝓprietatē. aut per cōitatē absolutā. aut non absolutā ab aliis mēbris. ¶ Exēplū de causis extrinsecis vt est aer fri gidus septētrionalis. vñ Aui. Et plimū ei' est in terris fri gidis z vbi cōflat septētrio. vñ qñqꝫ frigiditas exterior cō dēsat cutē z lacertos vētris fortificata sic ꝑ antipistasim caliditas calefaciēdo z exiccādo exiccat feces z colicaꝫ fa cit. Addit preterea qꝫ lacert' ani qui ex frigiditate ꝯstringit z expellit feces z humiditates ad superiora versus colon.
¶ Et caliditas aeris excessiua sic exiccādo feces colicam qñqꝫ inducit. Jtē caliditas extrinseca pticularis. vt ignea sicut in arte fabrili coquinaria aut vitraria. Jtē forte exer citiū. ¶ Jtem superfluus sudor z oia ꝯsilia que hñt feces. z humiditates corpis exiccare. vt nimius vrine exit' qñqꝫ.
¶ Jtē aer epidimicus. vñ Aui. Et qñqꝫ accidunt colica z ileos fm semitā accidētie egritudinū pestilētialiuꝫ adue niētiū z ꝓueniūt de regione ad regionē z de hoie ad homi nē. z iam retulit illud qdā medicus de antiqs. z dixit qꝫ ꝑ ueniebāt. qdā coꝝ ad epilepsiā. z erat epilepsia mortalis.
¶ Jtē superfluus coitus ꝑꝑ quē debilitat virt' expulsiua z fit retentio fecū. z ex retentione exiccant. ¶ Jtē paucitas colere que mittit ad itestina nō sufficiēs excitare expulsi uam. qm̄ s. aliādei magna q̄titate trāsmittit. ¶ Jtē vsus cibi vētosi z frigidi vt sūt olera cucurbita fruct' recētes z ꝓprie pepo vua z hꝰ. de qb' statiꝫ i nocētib' colice ¶ Jteꝫ pot' aque vehemēter fride vini vehemēter infrigidati aut cū aq multa z frida cōmixti. z sic de aliis. vt infra statim.
¶ Aut ꝓpter potū rei narcotice stupefacientis virtutes ope rantes in fece z cuꝫ hoc debilitat expulsiua quare retenta exiccantur. ¶ Jtem z veneni assumptio.

¶ A cā intrīseca. Primo qꝛ a mala ꝯplone frida imāli in q̄ mēbrū rōne ꝯplonis est aptū labi facilr. ⁊ facit opilonē et cōpressionē secū ad supiora. ¶ Itē a mala ꝯplone frida māli qꝛ flatica viscosa. ⁊ est fm plimū sua frigiditate causante dolorē: ⁊ viscositate causante dolorē ipm opilando vt dicet. ¶ Itē a mala ꝯplone calida exiccāte ⁊ resoluēte. nā ptes humide resoluunt ⁊ exiccant. ⁊ sic vt. ſ. feces retinent. ¶ Itē qñqꝫ accidit vt feces sint pauce. ⁊ sicce ⁊ ex ꝑsentia colere valde calide exiccant amplius. vñ ēt accidit colica ⁊ facit ēt dolorē pꝑtia sue calitatis adustiue. ⁊ h̄ ē raro. ¶ Itē ⁊ mala cōplexio sicca itestinoꝝ exiccās feces aut siccitas meseraicaꝝ exiccantium ipsaꝝ humiditates. ¶ Mala āt ꝯplō humida ex se qꝛ debil' impssiōis nō causat colicā. sed iuncta cū mala ꝯplone frida māli. aut imāli pōt ipsam cāre. ⁊ he res h̄nt speculationē plimā. ⁊ tu ꝯſra. ¶ Itē ⁊ mala ꝯplō frida ⁊ sicca mālis ⁊ imālis pōt causare dolorē. vt humor melicus etiam opilādo. vt infra.

¶ Accidit 2° ꝑncipalr ab opilone ꝯtingēte a mā flatica viscosa implēte spatiū colon ⁊ ipm opilante. ⁊ est illa que fit fm plimum. ¶ Aut a vētositate idē opante genita hora post horā a mala ꝯplone frida. vñ pp has opilones ꝓhibetur egressio egōni ⁊ humiditatū ⁊ vētositatū. vñ in itestino colon ipē sic multiplicate dolorē causant extēsiuū. de quo ifra. ¶ Item accidit hec opilō ab apate in itestino recto exñte ⁊ est fm plimum calidū vt in tenasmone. vñ extimauerūt qdā q̄ sint retēte feces. ⁊ humiditates a caliditate apatis ēt exiccate lapidescūt. vñ ⁊ qñqꝫ lapis egressus fit. Itē a vermib° adinuicē globatis sicut est vidē in cucurbitinis: ⁊ qñqꝫ in modū magne pile egrediunt globati ⁊ dolorē cānt extēsiuū. itē in mordicādo mordicatiuum.

¶ Accidit ⁊ 3° a solone ꝯtinuitatis facta vt ifra: qñqꝫ a vētositate ipā extēdēte itestinū vltra termios suos nāles. aut ab hūore acuto. vt a ꝯmib°. aut lapidib° in vētre genitis. de qb° Frāciscus de pedemōtium inquit. Et vidimus nos quēdā puerū emittētem plures lapides grossos sicut nux per anū. ⁊ nō tā grossos p virgā. Item si fieret icisio itestini ⁊ sic de aliis modis icisionis. ⁊ ex his patere possunt cause colici doloris. qñ est talis p ꝓꝑetatē siue p essentiam.

¶ Per cōitatē aūt nō absolutā ab aliis mēbris. vt ꝯbi. grā cū ad ipm colon mittit mā opilās ⁊ malā iducēs ꝯplonem vt cū a cerebro mittit magna quantitas catarri opilantis. Itē ab epate colera multa vel a splene melācolia. ¶ Itē a spiritualib° sanies vt in crisi in vlcerib° pulmonis ⁊ pectoris p venā magnā extēsam supra dorsum mediāte epate lꝫ id sit raro. ¶ Aut a toto. vt i diaria fluxu liquefactiuo sebre dissolutiua. ⁊ h°. ¶ A cōitate absoluta vt cōpassione ipsius intestini ad alia mebra lesa vt cū accidit apa. aut i epate. aut i splene. aut vesica. aut i renib°. aut in viis vrine. vt in h̄ntib° lapidē. aut in ruptura ex descēsu siphac siue itestinoꝝ in bursaꝫ testiculoꝝ siue in osceū. nā hec coartāt ⁊ opilant ipm colon. Itē ex dolore lapidis debilitat expulsiua in itestinis: qꝛ fit retētio humiditatū. ⁊ ex ꝯñti dolor colicus. vt supra idem ꝯtingit ex tetano ⁊ spasmo.

¶ Et pro cōplemēto pticulari causaꝝ hui° doloris talis ponat distinctio. qm̄ quilibꝫ dolor colicus aut est pūgitiuus ⁊ ei° cā est cal'a acuta subtilis vt colera aut fl'a salsuꝫ viscositate ꝑticipās. aut sanguis corrupt° aut vermes suis aculeis pungētes aut vlcus itestini. aut vētositas in intestino coartata que petēdo exitum pūgit. ¶ Aut est grauatiu° ⁊ ei° cā est mā frida grossa viscosa. aut sanguis ꝯgdatus aut melācolia q̄ ⁊ si ex se dolorē causent. tñ aliqñ vētosantur. ⁊ dolorē iteꝝ cānt ipm intēdēdo ⁊ exacuēdo. ¶ Aut est extensiuus ⁊ cā ei° est vētositas quieta. ¶ Aut tortuosus. ⁊ cā ei° est vētositas pābulās p tortuositatē itestinoꝝ. ¶ Aut est pforatiuus ⁊ cā ei° est vētositas penetrās inter tunicā ⁊ tunicā itestini. siue iter laminas ei° vñ sepationes facit iter eas ⁊ videt homini q̄ pforet terebello. ⁊ huic dolorē passus fuit Gal. vt 2° interioꝝ: q̄ꝫ uis iudicaret se pati calculuꝫ. vt ꝯciliator dīa. xxiiij. ecce qd in alio iudicasset. ⁊ tu ꝯsidera bñ. ⁊ aduerte iudicium facilr a medicis sicut depositum. vnde q̄ Gal. tantus vir.

❡ Q. si contingat per hec nō posse ꝑuenire ad resolōnem sed magis ad saniem: qḋ cōprehēdes ex remissione doloris ꝛ fe.iuxta illud sermo nostri scda asso. Circa ḡnationem sanieꝫ: tūc ꝓcede cũ ſilibus simplicib⁹ ſꝫ fortioribus his que dicta sūt.s̄.de aꝑate renũ.ꝛ tu ibi.vñ Aui. Curatio quideꝫ eubdati ei⁹ prima ē curatiōi dubelati renũ. ꝓcede itaq̄ cũ maturatiuis ad ex.vt ℞.farine fenugreci vel tritici. lib.ſ. radicis altee: camomille radicum lilioꝝ. añ. M.i. adipis anseris ꝛ galline olei lilioꝝ alboꝝ.añ.ʒ.i.decoquant radices: ꝛ cũ ea decoctiōe fiat empl̄m. ❡ Ad idem ℞.caricaꝝ albaꝝ dactiloꝝ pinguiũ: passulaꝝ enucleataꝝ radicis altee fenugreci semis lini.añ.ʒ.i. coquāt ꝛ cũ colatura ꝛ pinguedine galline ꝛ sufficiēti q̄ntitate farine frumēti fac emplastrũ. ❡ Deīde administra clisteria ex his q̄ hñt ipꝫ apire vt ℞.aq̄ decoctiōis caulũ ꝛ limaciaꝝ cũ corticib⁹ suis.ꝛ dissolue in ea mell.ʒ.ij.serapini.ʒ.ij.fenugre.ʒ.i. succi pitarie.ʒ.i.ſ.olei irini.ʒ.i.ēt imitte: ꝛ sic ꝯsilr̄ de alijs credo q̄ iniectiōes ex his cũ siringa ꝑ vḡā eēnt ꝯuenientes. Itē eo tpe fac ꝯtinuare sternutatiōes.multũ.n.ꝯferrent. ❡ Cũ itaq̄ apparebit saniesi vrīa: tūc ꝑ os ꝛ cũ siringa administra lauatiua ꝛ abstergētia ex aq̄ ordei cũ melle vel zuccharo vel lacte ꝛ hm̄.ſm q̄ tibi videbit.vt supra de renib⁹. deinde cũ cessauerit sanies da ꝯsolidātia ꝑ os ꝛ cũ siringa administra ꝛ cuꝫ his q̄ dant ꝑ os cōmisce apitiua vesicā resoluētia.de q̄bus actũ ē: ſꝫ ꝓ his oīb⁹ recurre ad ea q̄ de renibus dicta sunt.

❡ In frido vō ꝛ duro aꝑate ꝯsilr̄ ꝓcedēdũ vt de aꝑate duro renũ scriptũ ē: vñ ꝓcede p⁹ si videbit flobotomādo. deīde euacuando. Itē administrādo ꝑ os lenitiua mollificatiua ꝛ apertiua ea ēt ꝑ vḡā iniiciēdo. ❡ Itē ad extra emplastrādo inungēdo faciēdo embrocas balnea mollificatiua lenitiua: faciēdo patiētē sedere in eis: ꝛ ē vtile valde. ❡ Et sis sollicitus curatiōib⁹ ꝑ euacuatiōes ex cassia: māna: se.melonis. feniculi ꝛ hm̄.cũ respiciētib⁹ melācoliā. vñ ꝯpōe ex sir. cum apitiuis mollificatiuis notis.vt cũ caricis radicib⁹ altee liliaꝝ alboꝝ ſcib⁹ fridis maiorib⁹ cũ dactil̄ passul̄ enucleatis. Itē emplastret̄ cũ fenugre.altee radice lilioꝝ.vt supra cuꝫ oleo nardino costino: camomillino: pinguedine gal. butyro: amoniaco: serapino: bdelio ꝛ hm̄. ❡ Itē ēpl̄m ō mellilotō cerotũ isopi Mes. ❡ Purget̄ cuꝫ cassia polipodio sena epithimo. ❡ Fomēta ex mellilotō camomilla anthos sticados ꝛ hm̄. ❡ Quidā p⁹ purgatiōeꝫ faciūt tale balneuꝫ: ꝛ añ nō ē fiēdũ.vt.s̄. ℞.brāce vrsine.radicis apij ꝛ folioꝝ ei⁹ radicis iringoꝝ ireos malue floꝝ camomille mellilotī se. lini.añ.ʒ.i.olei amigdalaꝝ.ʒ.iij.buliāt adinuicē igrediat̄ vsq̄ ad vmblicũ.3⁹ vō die post ipm̄ faciūt flōmiā de saphēa. vt.s̄.deinde applicāt h̄ ēpl̄m. ℞.folioꝝ pitarie q̄ntũ vis et torrefiāt i sartagine cũ his oleis. ℞.oleoꝝ aneti cāom.lliō lilijs de vio.de pulegio añ.ʒ.ſ. deinde emplastrāt cũ ēplis mollificatiuis ō q̄b⁹ supra: aut applicāt epl̄m ō mellilotō.

❡ Ubi vero aꝑa fuerit aquosum. Curat̄ cum diureticis calidis: vt flegmaticum: vt supra de renibus si vētosum cum carminātibus vētositatē.vt supra de idrope.ꝛ tu ibi.

Restat vltio de accidētib⁹ aliq̄d dicere vt dolor grauedo ꝛ vrine retētio ꝛ ō his tm̄ dicat̄ q̄ correctio eoꝝ apparebit late satis in ꝑprijs seq̄ntib⁹ rubricis.ꝛ iō supersedeo ab eoꝝ inscriptiōe ꝓ nunc.quare ꝛc̄.

❡ De vlceribus vesice. Rrica. iiij.



Lcus vesice ē solutio ꝯtinuatē cũ putredine aut absq̄ i ea cũ ꝑditiōe sue substātie ꝯtingēs: cui⁹ cā ſꝫ ꝑlm̄ ē hũor colicus aut salsus sua acuitate peccās: dr̄ ſm ꝑlm̄ q̄m ab alijs pōt ꝯtingere cāis vt sūt acuitas vrine q̄ntitas nimia hũoris eius viscositas ꝑꝑ quā nimis adheret ꝛ in sepatiōe accidit vlcus siue vulnus.vt supra de vlcere renũ aut sanies sua acuitate a pectore vel epate ad vesicam veniēs. aut aꝑa siue bothor in ea male curatꝰ: aut lapis ipse excoriās: aut ventositas extēdendo ꝛ faciēdo solutionē ꝯtinuitatis: aut a cā exteriori plaga: seu ꝑcussio fcā. Itē casus nimius coitus. Usus nimius diureticoꝝ ꝛ fortiũ assumptio medicine acute ꝛ hm̄. ❡ De plaga ꝛ vlcere.vide que scripta sunt de vlceribus renum in principio.

Signa demóstratiua vlcerum vesice sũt dolor in peritoneon ꝛ ardor q̃ sentit̃ in emulsiõe vrine q̃ cũ difficultate emittit̃ ꝛ patiẽtes eã guttatim ꝛ rarius q̃ꝫ p̃sit emittũt p̃cõcipiẽtes dolorẽ ꝛ angustiã. ꝛ exiũt sanies paulatim: ꝛ nõ subito: sitr̃ ꝛ sanguis. ꝛ est h̃ signũ cõe ꝛ renũ vlceribus ꝛ vesice. ꝛ tu ibi. Uñ ꝛ p̃inceps. iã dixim⁹ signa i ca⁹ renũ

Pronostica vlcera vesice antiq̃ta curã nõ recipiũt. iam fistulata sunt vt de renũ vlcerib⁹ dcm̃ est. ¶ Ulcera vesice in senibus nõ curantur. ¶ Ulcera vesice tardius curant̃ q̃ꝫ renũ. vt supra. ¶ Ulcera vesice q̃nq̃ꝫ perducunt corpus ad cacesiam ꝛ finaliter ad idropem maxime q̃ñ sunt diuturna ꝛ acuta.

Cura Canones. multi. n. ex medicis vnũ faciũt caplm de cura vlcerũ renũ ꝛ vesice volẽtes ꝯsilẽs canones ꝯsilia q̃si ingenia in vtrisq̃ꝫ deberi. Uñ ꝛ Aui. breuius locut⁹ ẽ de vlcerib⁹ renũ. pp̃ qd̃ oꝫ vt volẽs hẽre curã de vlcerib⁹ vesice legat q̃ scripta sunt de vlceribus renũ. Ego itaq̃ꝫ insecutus multa remittã vidẽda ꝛ ampliãda loco allegato. ꝛ tu ibi. Et sicut in cura vlcerũ renũ nouẽ sunt canones p̃ncipaliter ꝯtẽplandi. Ita ꝛ in cura vlcerũ vesice sunt obseruãdi. Uñ Aui. ꝯsidera ex canonibus datis in cap⁹. s. renum: ꝛ plurimos eorum p̃muta ad hunc locum.

¶ Primus. q̃ festines ad curã eorum. nã cũ antiquãt̃ nõ recipiũt curã pp̃ cãs assignatas. s̃. de renib⁹. vñ scias q̃ adhuc difficilioris cure sũt vlcera vesice: p̃pterea q̃ mẽbrũ neruosum est. Jtẽ scito scd̃o. q̃ si scindat̃ vesica in collo carnoso curabilis est in neruoso nunq̃ꝫ. vt in asso. in fine. cap.

¶ Scd̃s est ordinatio diete. vñ euitet salsa acuta dulcia vehemẽtis dulcedinis ꝯuertibil' in colerã exercitũ forte debile q̃dẽ ꝛ suaue ṽtutẽ ꝯfortat: q̃ oĩa q̃re distincte posita ĩ vlceratiõe renuꝫ supra. vñ hic laudat̃ maxime lac equarum ab Aui. de quo nihil dcm̃ est allegato loco. Et pro ipso ẽt vide que dicta sunt supra de vlceribus pectoris.

¶ Terti⁹ ẽ adeq̃tio mãe q̃uo adeq̃tur vide de vlcere renuꝫ.

¶ Quartus ẽ euatio. q̃ vt allegato loco dꝫ eẽ ex medicis lenib⁹: vt cassie: mãna: tamaridis: sebestẽ: ꝛ vsq̃ꝫ ad bñdictã: ꝛ ierã simplicẽ: ꝛ h̃ exhibẽdo p os: aut p inferius administrando. ¶ Ut ṽbi grã p os. ℞. mãne electe. ʒ. ij. iulep viola. ʒ. i. aq̃ decoctiõis viola. liq̃ritie passularum. ¶ Uel sic. ℞. cassie. ℥. i. s. sebestẽ. ℥. s. pulparum tamarindorum ꝛ prunorum. añ. ℥. ij. bulliãt pulpe in ꝯueniẽti q̃ꝫtitate aq̃ ꝛ sitr sebestẽ: ꝛ fiat colatura ꝛ expssio vt d̃ct cũ aq̃ si potes extrahas cassiã: aut adde aliq̃d alchechẽgi: ꝛ cũ modico syrupo violato fac potionem. ¶ Jtem ex cassia ꝛ bñdicta potes facere eradicatiuũ dãdo cũ aq̃ decoctiõis violarum: liq̃ritie: passularum alchechẽgi. emulsiõe seminũ cõium. iulep vio. lacte papaueris ꝛ h̃. ¶ Per inferius administra enemata: q̃ q̃ꝫtũ ad cãm cõiunctam sunt maxie ꝯueniẽtia. vt ℞. maluarum blitis violarum radicum altee seminũ fenugreci oleorum amigdalarum dulciũ vio. cõis sisami adipis porci nõ saliti decoctiõis capitis castrati vitellos oui çucharũ ꝛ h̃. ex q̃bus compone vt decebit. nã ex his fiant clisteria mitigãtia ardorẽ dolorẽ lenientia intestina: ꝛ ipsa ꝯfortãtia: ꝛ tu bñ ꝯsidera. ꝛ p aliis q̃re supra de renibus ꝯsili canone. sed nota q̃ vomitus nõ ita vr̃ cõpetere in casu sicut in vlceribus renũ. considera.

¶ Quintus ẽ administratio p̃ticulariũ ad intra ex p̃te abstergẽtiũ mũdificãtiũ. Ut sũt aq̃ çuchari ꝛ fortior ẽ ru. aq̃ mellis. Emulsio seminũ cõium cũ aq̃ lactis. ꝛ maxie coagulata cũ busiri decoctio seminũ altee. Lac ip̃m caprinũ. ꝛ cũ his ponit̃ sp̃ aliq̃d diuretici. Et scito. vt. s̃. q̃ semina cõia magis sũt abstersiua absq̃ꝫ cortice suo apitiũ a magis cũ eodẽ. vt i dubiis de renib⁹. Jtẽ abstersiuũ ꝛ ꝯfortatiuũ ẽ mel ro. colatũ: decoq̃ igitur ꝛ cõmisce. vt videbit̃. Et sicut hec dant̃ p os. ita administra cũ siringa iniiciẽdo p virgã. Et nota q̃ aliq̃ñ egredit̃ p virgã aliq̃d viscosuꝫ tẽdens ad fuscũ. q̃ cũ videris ꝯtinuari poꝫ cũ abstersiuis aliq̃d subtiliatiuũ: ꝛ laudat̃ in hoc cinis arboris ficꝫ: cinis q̃rcus. ꝛ h̃ ꝯtinua vsquequo mũdificabit̃. p⁹vo ꝯueniẽs ẽ. vt sequat̃.

¶ Sextus ẽ ꝯsolidatio ꝛ ꝯglutinatio. nã queadmodũ dcm̃ est de vlcerib⁹ intestinorum q̃ prius debẽt imponi clisteria abstergẽtia: mũdificãtia. ꝛ post illa pauliꝫ seq debẽt incarnãtia. ita ꝛ in his p̃cedendũ est pariformiter cũ siringa. Primo iniiciẽdo abstergẽtia. deinde ꝯsolidãtia: ꝛ siringandus iaceat supinus. vt liquor melius descendat. ¶ Jtẽ nota q̃ ꝯsolidãtia administrãda nõ debẽt absolui a ꝯglutinatiuis. Et ex laudatis ẽ lac de q̃ supra de renib⁹. ꝛ tu ibi. sꝫ lac mulidre ẽ melius cũ his q̃ iniiciunt̃. Jtẽ lac in quo bulita sunt bolus armenus acacia ꝛ h̃. Jtẽ valẽt trocisci de charabe. Jtem de terra sigillata. ¶ Jtẽ ℞. dragagãti. ʒ. i. trociscorum de alchechengi. ʒ. ij. dissoluant̃ i lacte ꝛ administrẽt̃ ꝛ colliriꝫentur p ṽgã. Jtẽ laudauerũt q̃dã ꝛ efficaciter valde vsũ lactis caprini cũ trociscis de alchechẽgi. Jtẽ ceruse sarcocolle turis gũmi arabici opĩ sanguis draco. añ. ʒ. i. fiãt colliria ꝛ cũ lacte iniiciant̃. ¶ Ad idem. ℞. citrulli. ʒ. v. boli. ar. gũmi arabici turis sanguinis draco. seminũ papaueris al. amigdalarum excoriatarum succi liq̃ritie dragaganti amili. añ. ʒ. iij semis opĩ. ʒ. i. granorum ru. solatri. hortulani alchechengi. añ. ʒ. i. s. fiãt trocisci. dent̃ cum syru. viola. aut iulep ẽt dolorẽ extinguũt: ꝛ sunt rar̃ ꝛ vltimi. ¶ Ad idẽ ℞. terre sigillate chimolee cornu cerui vsti. añ. ʒ. i. seminũ canapis. ℈. i. opĩ: grana. x. vnguẽti ĩ ceruse. ʒ. s. sarcocolle. ℈. ij. mirrhe turis añ. ℈. ij. oĩa incorporent̃ cũ oleo ro. ¶ Ad idem ℞. sarcocolle. ʒ. ij. amili. ʒ. i. ceruse. ʒ. iij. plũbi vsti turis. añ. ʒ. i. iniiciant̃ cum lacte ꝛ est satis forte. ¶ Ad idem. ℞. dia papaueris. ℥. s. diadraganti. ℥. i. çuchari vio. ℥. i. s. boli ar. ʒ. iij. fiat electuariũ dosis est. ʒ. iij. cũ aq̃ alchechẽgi cũ hoc q̃d ꝯsolidat mitigat. ¶ Ad idem ℞. consolide maioris et minoris. añ. ʒ. iij. sanguinis dra. boli armeni thuris masticꝭ. añ. ʒ. ij. acacie. myrrhe. ana. ʒ. s. reubarbari vsti pilorum spice nardi. añ. ℈. i. dragagãti gũmi arabici. añ. ℈. ij. ꝛ cũ çucharo fac electuariũ dos̃. ʒ. iij. cũ aq̃ plãtaginis põt fieri in modũ sy. põt fieri trocisci ꝛ dari cũ aliq̃ ꝯsolidatiuo ꝛc̃. vt dictũ est supra. ¶ Aliud de quo senex q̃dẽ expientiã habuit vnde ex vsu eius post sex meses curatus fuit. ℞. liq̃ritie mũde. ʒ. ij. seminũ melonis mũdatorum: sẽis papaueris albi granorum alchechẽgi. añ. ʒ. i. cinamomi mirtillorum. añ. ʒ. s. dragãti gũmi arabici infusorum p noctẽ in aq̃ ro. añ. ʒ. i. amigdalarum dulciũ excorticatarum pinearum mũdatarum. añ. ℥. s. mellꝭ ro. colati. ℥. i. aq̃ ro. plãtaginis. añ. ℥. ij. çuchari optimi q̃ꝫtũ sufficit. ꝛ fiat electuariũ. ¶ Ad idẽ fiet albũ unctũ cũ aq̃ alchechẽgi: ꝛ melius cũ lacte mulieris. ¶ Ualẽt ꝛ vnguẽta ad ex̃ applicata sup pectẽ ꝛ in loco pitoneon. ℞. storacis liq̃de. ʒ. i. pinguedinis anseris. ʒ. iij. cere albe q̃ꝫtũ sufficit ꝛ inunge cõprimẽdo. ℞. dactilos pingues gallas passulas arãcia ypoq̃stidos alumẽ isopũ ꝛ storacẽ ꝛ ꝯpone: aut em plastrũ aut vng⁹. ¶ Aliud ℞. olei ro. ℥. ij. olei mirtini succi plãtaginis. añ. ℥. i. trociscorum de terra sigillata de charabe. añ. ʒ. i. aceti. ʒ. ij. cere q̃d sufficit. ꝛ nota q̃ nisi timeat̃ ventris stipticitas clisteria eẽnt conuenientia.

¶ Pro septimo. stude doloris mitigationi cũ anodinis ascẽdendo si cogit necessitas ad domestica stupefactiua: ꝛ in fine pur cum cogit necessitas vsq̃ꝫ ad ꝯsueta fortia. Et de semine papaueris albi ad iusq̃amũ: ꝛ opium. exẽpli grã. ℞. seminũ cõmunium frigidorum excorticatorum. ℥. i. seminũ papaueris albi. ℥. i. granorum alchechengi solatri hortulani seminũ portulace. añ. ʒ. ij. oĩa pistẽt̃ ꝛ distẽperent̃ cũ aq̃ alchechẽgi ꝛ fac sy. cũ q̃ꝫtitate sufficienti çuchari aut iniicias p siringã. Jtem iniicias oleũ ro. cũ mucillagine psilii. ¶ Exẽpli scd̃i. ℞. seminuꝫ papaueris albi. ʒ. i. opĩ. ʒ. s. ad pis gal line. ℥. i. s. pistentur ꝛ colentur ꝛ iniiciantur. ¶ Aliud mitigans ꝛ remouens dolorem. ℞. seminum quattuor frigidorum maiorum. ℥. i. s. seminũ portulace. sẽis iusq̃ami seminũ

alter: p papaueris albi seminũ ana. ʒ.i. amigdalaꝝ dul-
ciũ excorticataꝝ. ʒ.5. dragaganti amili. ana. ℈.i. succi liquritie
ʒ.ij. boli ar. ʒ.ij. çuchari albissimi. ʒ.ij. informent pillule cũ
mucillagine psilij: ⁊ dent quinqȝ pro vice bis in hebdomada
mane in aurora: deinde bibant. ʒ.iiij. aq̄ alchechẽgi calm
ster. deinde ieiunus horis q̄tuor. ¶ Et cũ similib⁹ reb⁹ fieri po
test tragea cũ plimo çuchari ⁊ cõfectio solida. Item species
triasandaloꝝ sũt h̃ casu cõuenientes. Itẽ põt ex paucioribus
⁊ plurib⁹ cõponere: vt videbit̃ et si opus erit aliqd apponẽdo. ¶ Q̄ si nõ sufficiẽt recurre ad philoniũ tyriacã
nouã. pro q̄b⁹ te trãsferas ad rubricã de dissinteria imediate
⁊ de colica ⁊ de dolore renũ. ¶ Ualẽt ⁊ emplã ⁊ vnguen-
ta ex his ⁊ cõsilib⁹ reb⁹ frigidis fcã. vt. ℞. infrigidantis Gal.
spẽrum ceroti sandalini Mes. rasure eboris granatoꝝ al-
chechẽgi boli ar. ⁊ hm̃. ¶ Itẽ epithima loco sepe dicto vt
supra de renib⁹. itẽ ex fridis anodinis clisteria patiẽte stãte
super sua genua. Itẽ fac suppositoria. vt. s̃. de tenasmone.
nã ibi debes recurrere pro similibus. Itẽ procurãdo vulnus sordi
dũ antiquũ vesice: ⁊ tu ibi q̄rẽdo curã nõ recipit verã. vt. s̃.
⁊ infra in asso. nã cõtinuus fluxus vrine ⁊ paucitas carnis
ineptitudo applicãdi medicinas hoc faciunt.

¶ Quid aũt dõm sit de octauo ⁊ nono volo vt tibi sufficiãt
pro eoꝝ cõplemẽto q̄ sunt scripta in octauo ⁊ nono de vlce-
ribus renũ. opȝ aũt si bene habere volueris curaȝ hanc q̄
illam relegas rubricam. ⁊ sic hec sufficiant.

¶ De scabie vesice. Rubrica. v.



Scabies vesice hȝ cãs easdeȝ q̄s hȝ vlc⁹
cius. ⁊ iõ princeps de eis nihil
dixit. fit t̃n semp aut a mã adusta aut salsa.

Signa demõstratiua ei⁹ adustio i emis
sione vrine cũ fetore ei⁹ ⁊ dolo-
re vehemẽti ⁊ pruritu cũ semine furfureo: ⁊ qñqȝ currunt
cum assiduatione hũiditates: qñqȝ currit sanguis.

Cura eius est cura vlcerũ in ea leuiorib⁹ t̃n remedijs fa
cta cum sit superficialis magis.

¶ Primo igit̃ dietã ex frigidis cibis hũidis dulcib⁹: q̄ insi-
pidis ⁊ nõ dulcib⁹ aptis cõuerti i colerã. vt. s̃. imo abstinẽdũ
boni chimi generati ⁊ viscosi. Et laudant̃ pedes aialiũ res pin
gues oleũ amigdaꝝ frumẽtũ coctũ cũ carnib⁹ auiũ gñа
lactis dicta. Pisces de aq̄s currẽtib⁹ anguille ⁊ hm̃. Far ri-
sum coctum in iure gallinaꝝ. Itẽ lac coctũ ordeum olera
aquã ordei bibat ⁊ vinũ limphatũ multũ ⁊ magis album
q̄ȝ nigrũ: sȝ et cõpetit aureũ. Abstineat ab his a q̄b⁹ absti
nẽt hñtes vlcera vesice q̄b⁹. s̃. ¶ Scõs can. est. q̄ euacuet̃
sepe cũ mũdificantib⁹ maȝ adustã vel salsaȝ ⁊ sint leuia. vt
supra 4⁰ tractatu. ⁊ de vlceribus renũ. ¶ Itẽ equent̃ hũo
res. Fiat abstersio ⁊ mũdificatio cõsolidatio: ⁊ si adest do-
lor mitigatio. vt scriptũ est de vlceribus renũ ⁊ vesice. ⁊ tu
illis locis. Item iniectiones sũt h̃ casu multuȝ conferentes.
Postremo considera. q̄ competit flõmia. ⁊ vide que supra
dicta sunt de scabie renum: ⁊ hec sufficiant.

¶ De coagulatione sanguinis in vesica. Rubrica. vj.



De accidẽs seq̄ cõsuenit post factaȝ
incisionẽ extrahẽdo la-
pidem. vt. s̃. qñqȝ retẽtioneȝ ei⁹ flux⁹ a mẽbris
superiorib⁹ ad eaȝ q̄ꝝ duoꝝ cãe p se satis note
sunt. ¶ Modus extrahẽdi frustũ tale ex vesica
tempore incisiõis. dictũ est. s̃. de incisiõe lapidis: sȝ modus
⁊ huic conferens ⁊ scõo in medicinaꝝ nõ est positus vt or
dinem principis fm posse seruarẽ.

Signa demõstratiua. p̃mũ signũ angustia. q̄ a san-
guine illo iã saniato. q̄ exteri⁹ ẽ. eleuãt vapo-
res ad cor. sincopis pp eãdẽ cãȝ. frig⁹ extremitatũ. q̄ fit do
lor in coagulatõe. retrahit̃ calor. puritas anhelit⁹ cõicat̃ va
porib⁹ diafragmati ⁊ frequentia pulsus nausea pp eãdem
causam rigor cum antecessione mictus sanguis aut percus-
sionis: aut casu super vesicam.

Cura Canões sic lapis disrũpit̃ p seperatiõem ptis a pte
ita ⁊ hic p incisionẽ ptis a pte. ⁊ iõ cõpetit incisi-
ua p os admistrata ⁊ iniecta. Vñ laudat̃ sy. acetosus scilli
cũ aceto squillitico. Itẽ si cũ eo dat̃ cinis ligni fici. Itẽ ⁊ cõue-
niũt medicine subtiliatiue incisiue ⁊ lapis rũptiue. itẽ marie
cõfert coagulũ leporis. Itẽ valȝ pot⁹ carpobalsami cũ gra-
nis peonie. aut ligno ei⁹. Itẽ oximel simplex. itẽ cõpositũ
itẽ cordumeni sauine blacte bizãtie assa amoniacũ rubea
tinctoꝝ siseleos aristologia. Ex q̄b⁹ cõfice electuariũ sy. pil-
lulas. ⁊ hm̃. vt videbit̃. ⁊ a pprietate epar asini fel. testudis
coagulũ leporis lac fici exiccatũ in accipiẽdo aliqd paucũ
de eo cũ aq̄ aliq̄ diuretica. itẽ aq̄ ciceris nigri. item aq̄ ligni
abrotani ⁊ decoctio abrotani cũ vino. itẽ semẽ feniculi cũ
melle cuminũ cũ sale apõ sumptũ vinũ decoctõis cotule ma
tricaria cũ aq̄ mellis. ⁊ sic de alijs. de q̄b⁹ hũisti supra. xiij.
ca⁰ de sanguine coagulato in stõaco. ⁊ tu ibi. Postrẽo sci-
to q̄ tuna ex reb⁹ valẽtib⁹ ad fractionẽ lapidis de q̄ supra ẽ
subtilis medicia: sua. n. calitate ipȝ sic coagulatũ dissoluit
⁊ iõ ad ea te para: ⁊ tu bene considera hec.

¶ De dislocatiõe vesice ⁊ eius mollificatõe. Rubrica. vij.



Et duccm sequar has duas cõprehẽ
dã dispões sub Rubrica vna
prius t̃n de vna ptractãs. deide de alia. Dislo-
catio vesice ẽ remotio ei⁹ a suo loco ĩsus aliq̃
diaȝ põnis. s. aut deorsũ: aut sursuȝ: aut ad de-
xtrũ: aut ad sinistrũ ex relaxatiõe suoꝝ ligamẽtoꝝ vel su-
spẽsorioꝝ cãta. Cui⁹ relaxatiõis cã sȝ plȝ ẽ hũiditas cũ fri
ditate paraliticãs siue mollificãs: q̄re mẽbrũ ipm in pprio
loco nõ regit̃. Et dcm̃ ẽ fm plm q̄ casu pcussiõe relaxatõe
aut rũpente balneatiõe in aq̄ frigida multum vẽtositate. ⁊
hm̃ cõtingere põt. Et q̄d dcm̃ est de vesica ẽt de renib⁹ itelli-
gat̃. vt supra memoratũ est de renibus in fine capli.

Signa demõstratiua: q̄ ipedit̃ actio vrinãdi ⁊ qñ vri
na inuolũtarie emittit̃ ⁊ sentit̃ grauitas ⁊ nocu
mẽtũ i loco ad quẽ declinat. Q̄ si fuerit ex cãis intrinsecis
scit̃ relatõe ifirmi. Q̄ si fuerit ex hũiditate ⁊c. scit̃ ex signis
apparẽtib⁹ hũiditatis ⁊ q̄ p̃cesserit regimẽ hũiduȝ ⁊ hm̃.

Pronostica elige ex dicendis de difficultate mi-
ctus.

Cura Canões. Q̄d ẽ a casu vel pcussiõe ẽ difficil̃ cure.
Et si possẽ ẽ illud fit reductiõe ad locũ suum cum
ligaturis emplis: ⁊ alijs medicinis stipticis cõglutinantib⁹
⁊ hm̃ relinquo restauratorib⁹ ⁊ hic canon positus ẽ p̃mus
ne ex improuiso ⁊ faciliter pmittat̃ eius cura.

¶ Scõs ordinatio diete q̄ dȝ eẽ declinãs ad calm ⁊ siccum
marie qñ est ex relaxatõe pp humiditatẽ ⁊c. vnde est eadẽ
cum cura paralesis. de qua supra. secundo caplo.

¶ Tertius est digõ mãe: ⁊ laudat̃ oximel squilliticũ: sȝ de oxi-
melle dcm̃ est allegato loco in quo posita sunt plura dige-
stiua i q̄b⁹ sp ponit̃ aliqd diuretici ductiuum digestiui.

¶ Quartus ẽ etio ⁊ laudat̃ marie agaric⁹: sȝ enemata quo
ad cãm cõiũctã marie cõferũt. ⁊ iõ p euacuatõeȝ cãe aĩcedẽ
tis p supius factã fac ⁊ sollicita euationẽ cõiũcte p inferius
⁊ allegato loco hẽs ad plenum de ipsis. ⁊ iõ supersedeo.

¶ Quintus ẽ diuersio. vnde maxime competit vomitus.

¶ Sextus ẽ admistratio caloꝝ calefaciẽtiũ ⁊ exiccantium
mãm ipaȝ cõiũctã aut ẽplastrãdo: aut vngẽdo: aut ẽbrocã-
do applicãdo remedia locis dictis õ lapide vesice. Et cõfert
marie i cãu balnea nãlia: sulphurea: ⁊ alũminosa. Itẽ artifi-
cialr fcã ẽt ex vino stiptico cũ herbis ad h̃. sȝ tu attẽde sp si
adest fe. aut nõ. q̄ñ oȝ te moderare. sed pro his ponaȝ specia
lius ponẽdo aliq̃ exẽpla ⁊ efficacia. cõferunt per os tiriaca:
metridatũ: acoris cõdit⁹ diacurcuma. Item cõditũ õ ruta
cũ melle ⁊ flos eius decoctus cũ vino. ¶ Item iniciant̃ p
virgã oleũ laurinũ de ruta costinũ nardinum cũ q̄bus cõ-

miscean̄t vt castoreū assa. galbanū: oppoponacū. ¶ Item valēt cipi ciminū: cinamomū: bdeliū: spica: mirt⁹ cāomilla: sticados: mel: ꝛ hꝰ. de qb⁹ confice. aut sy. aut electuaria aut empla: aut p inferius clisteria ex ꝯsilibus ꝛ ex centaurea: collogntida: oppoponaco: oleo de alchert: oleo de ruta de cinamomo: de costo: ꝛ hꝰ. que sunt calefactiua ꝛ excitatiua: p qbus ꝛ alijs recurre ad ea q̄ de paralisi.

¶ Septimus ē correctio accñtiū: ꝛ sūt aut exitus vrine inuoluntarius quo casu debes vti multū stipticis ex balneis inie ctis bibitis ꝛ suppositis: vt sūt nuces cipssi mastix alumē ꝛ hꝰ. aut difficultas mictus quo casu vtaris cū exhibitis aperitiuis: vt sunt cortices seminum melonis sicci cū zucharo accipiēdo pugillum vnum de eis. Et laudan̄t a ,ppꝛietate testiculi leporis siccati cum vino odorifero bibiti: aut guttur galli adustum cum aqua tepida. ꝛ ex his pꝫ qd dicendum de mollificatione eius. recurre vt dictum est.

¶ De dolore vesice. Rrica. viij.

Dolor vesice differt a dolore renuꝫ loco et spē: ꝛ cū eo ꝯuenit i cā. Loco quia renū ē circa locū eoꝝ: vesice circa pectē. Spē q: renū dolor ē extēsiuus magis ꝛ min⁹ acut⁹ vesice aūt magis acutus ,ppterea q: ē neruosa. ¶ Ex pte aūt cāe ꝯueniūt: q: vterq̄ fit a mala cōplone q̄libet diuersa: aut a vētositate: aut ē añcedēs crisim p vrinam ex lapide vlcere scabie apatib⁹ ꝛ hꝰ. Et multiplicatur hic dolor flate vēto septētrionali: q: fridus ē ꝛ sicc⁹. ¶ Et dr̄ q̄ qñ apparet in hite ipm sub a scela eius apa sicut citonū: ꝛ accidit illud in die septimo moritur .in. xv. ꝛ ppe si accipit ei profundius somnus.

Cura Canones. Primus. ordinet̄ dieta ad ꝯriū cause. Scōs euacuet̄ mā peccās si q̄ ē. Terti⁹. si fuerit mala cōplo sola ,pcedat̄ cū alterātib⁹ ꝯrijs anodis. Quartus q̄ nō administrēt̄ diuretica calā: ꝛ fortia nisi post euacuationē qm̄ talia ꝯuertūt mās ad vias vrine. Quint⁹. q̄ si nō sufficiūt anodina pueniat̄ ad opiata: a qbus vt possimus abstinere debemus. cū multū extermineт calorē nālē vesice: ꝛ ex ꝯsequēti virtutē: sed ēt nō debes expectare vltimā defectiōeꝫ virtutis: ꝛ iō oꝫ te ꝛ medicū quēlibet eē prudentē. Et in summa p cura hui⁹ doloris recurre ad ea q̄ de dolore renū: ꝛ lapide vesice dcā sunt. i qb⁹ locis hēs empla vnctiōes. balnea. epithimata potiōes. electuaria. ꝛ hꝰ in h̄ casu marie ꝯferētia. Et q: ex dcis de signis de dolore renuꝫ apta sūt signa doloris vesice hinc ab eo supsedi. ꝛ tu ibi.

¶ De debilitate vesice. Rrica. ix.

Debilitas vesice ē nocumentū actiōis ei⁹ diminute vl' ablate circa opationē cōeꝫ q̄ ē supfluitatū aquose expulsio. Cuius cā fm plm ē mala cōplo frida. Dr̄ fm plm qm̄ ꝛ ab alia fieri poterit. Item ab apate itē a debilitate lacerti vt statim. ¶ Ad hāc aūt passionē sequit̄ primo qñ actio ē ablata inuolūtarius mict⁹: ꝛ mict⁹ i lecto ꝛ multitudo vrine ꝛ dr̄ diffuria: vt infra. aliqñ. vt a Gal. noiat̄ diaria vrine: vñ qñ vesica patit̄ malā cōploneꝫ hūidā: tūc debilitat̄ lacert⁹ q nō pōt sufficiēter ꝯstrigi ꝛ extrahi ad ,phibēdū vrine exitū de q̄. ō. in pn̄ capli. ¶ Scōo si actio fuerit diminuta: tūc accidit passio q̄ dr̄ stranguria: q: guttatim egredit̄ vrina: ꝛ h̄ ꝯtingit qñ nō excessiue mollificat̄ lacert⁹: sꝫ paꝝ. vñ nō pfecte ꝯstringere pōt: hinc guttatim egredit̄. ¶ Qñq̄ aūt possidebit malā ꝯplonē fridā ꝛ hūidā q̄ ,phibebit ꝯstrictionē lacertoꝝ vndiq̄ vt vrina nequeat exprimi: ꝛ tūc accidet difficultas vrine. ¶ Qñq̄ patit̄ ex cōitate alioꝝ mēbroꝝ. vt. ō. in pn̄ capli. ꝛ qm̄ de his q̄ sequūt̄ debilitatē vesice dicet̄ in spālib⁹ rubricis sequētibus. vt. ō. satis aptū ē. Quid agēdū i cu. de debilitate hic ne tibi sim fastidio ex tāta replicatione relegas ea q̄ scripta sunt allegatis rubricis.

¶ De ventositate vesice. Rrica. x.



Uentositas in vesica fit sꝫ plꝫ ab humiditate exñte i ea cū debilitate calitat̄. Nā si calitas fortis eēt illum humorē hūidū insēnsibilr̄ resolueret ꝛ nō iuētū ꝯuerteret. Et hꝰ hūiditatis cā sꝫ plꝫ sūt cibi i flatui apti. s. i vētū ꝯuerti ꝛ signū est mutatio caloris extē sui absq̄ aliq̄ grauitate percepta.

Cura facilis ē ex his. Canōes. Prim⁹. q̄ ordinet̄ dieta ad ꝯriū: vt q̄ sint cibi resolutiui cali ꝛ sicci de qbus tertio tractatu. ¶ Scōs q̄ stāte dolore nō administrent̄ diuretica nisi post euōnē: vt supra de renibus. Item nō administrent̄ narcotica. cā nota ē. ¶ Terti⁹ q̄ p os ad eā admistrent̄ q̄ vētositatē resoluūt. vñ valꝫ tiriaca metridatū diaciminū ꝛ hꝰ. de qb⁹ supra de vētositate renū. ꝛ tu ibi. ¶ Ad extra empla iniunge ꝛ hꝰ. Et in hoc valēt ruta camomilla anetū castoreuꝫ assa muscus bēgalia sābuc⁹ ꝛ hꝰ. Et hec imitte in virgā: vt oleū aneti cū modico castorei aut succus rute cū aliquātulo musci: aut gallia cum oleo sambucino. Itē valet adeps asini cū oleo de castoreo. Iteꝫ alleū coctū cum resta sua ꝛ appositū ꝛ ,puocat. Item oleū petroleū ꝛ hꝰ. Item ꝯferūt balnea sulphurea aluminosa ꝛ alia consimilis virtutis. ꝛ sic hec sufficiant.



¶ De ardore vrine. Rrica. xi.

Uia ardor vrīe cū exitu ei⁹ cū sanie fat̄ dcm̄ ē ō. de vlcerib⁹ vesice. hic tm̄ ō ei⁹ ardore absq̄ sanie pscrutabit̄. Quid aūt sit ei⁹ ardor satis notū est.

Cuius cā aut ē in ipsa vrīa. Aut i mēbris viaꝝ ei⁹: q: in collo vesice aut i extrēitate vge q̄ sūt mēbra valde sensibilia ꝛ p̄cipue caput vge: qō marie p̄ceteris sensibile ē: aut egritudo fortī eliquans ꝛ resoluēs. ¶ Cā autē in vrina ē q: ipsa ē acuta rōne māe colice aut salse secū cōmixte rōne ciboꝝ comestoꝝ. aut q: calitas ē sibi ab epate ꝛ renib⁹ cōicata. vl' ab alio loco. Aut q: fcā ē ꝯsumptio humiditatis carnū glādosaꝝ exñtiū circa collū vesice ad intra: q̄ hūiditas satis ꝯglutinosa creata ē: vt extēdat̄ super meatū ad equādū acuitatē vrine q̄ ꝯsueuit ōficere nō raro in iuuenibus p̄cipue ex multa coitus freqntatiōe. Item ex nimia abstinentia. itē ex nimio exercitio ꝛ hꝰ. aptis humiditatē illā resoluere. ¶ In mēbris qdē q: in vijs vrine iam dictis sunt vlcera aut scabies ꝛ hꝰ. Idē opant̄ egritudines fortes cōicando vrine: aut cū ea ꝯmiscēdo hūores supercalefactos valde ēt tali calitate p̄ter nām ipsi vrine cōicata.

Signa demōstratiua si fuerit ex vrina erit vrina citrina iflāmata tincta: ꝛ sic de alijs signis sup vehemētē calitatē ꝛ q̄ patiēs est calidoꝝ renū aut epatis calidi nālr aut accidētalr̄ inflatoꝝ q̄ duo adiuuāt ad ei⁹ acuitatem. itē regimē p̄cedēs ex pte cibi ꝛ potus ꝛ aliorum nō nālium. Itē etas cōplo: habitudo: aer: ꝛ hmōi. Q: si fuerit ex ꝯsumptiōe humiditatis carnū ꝛc. ex coitu: aūt ex egritudine acuta scitur relatione egrotātis ꝛ q: corpus eius ē extenuatū. Sil̄r si ex alijs fuerit cāis extrinsecis.

¶ Signa si fuerit pp vlcera scabiē ꝛ hꝰ. iā dcā sunt. ¶ Iteꝫ si ex fe. aut alia egritudīe q̄ de acutis sit hūorib⁹ stabit̄ narratiōi egrotātis aut astāni. ¶ Itē ꝛ qñq̄ calitate totius ipsis mēbris epati ꝛ renib⁹ cōicata qō cōprehēdit̄ facile. ¶ Et oīa mēbra itrinseca indifferēter cū sūt cala nālr aut accidētaliter pñt eē cā ardoris vrine factiua.

Pronostica ō ,pnostici stati i canōe ardor pducē ad excoriatiōeꝫ excoriatio do vt. ō.

Cura Canōes. Canō pmus q̄ diligēter obes attēdere vt. ō. de fluxu colico absq̄ excoriatiōe. Q: si pseuerauerit tal' ardor: ꝛ nō fiat puisio patiēs ad excoriatiōeꝫ pueniet. tu itaq̄ egro p̄dica ꝛ ipꝫ studiose sollicita ēt ꝛ suis.

¶ Scōs est ordinatio diete q̄ oꝫ declinare ad ꝯtrariū cāe ve

si fuit ex acuitate ꝓueniẽte rõne mãe colice salse nõ aduste cum ipsa cõmixte: aut rõne inflãmatiõis se. ꝛc. declinet ad frigidũ ꝛ hũidũ: vt sunt olera ꝛ fructus hũidi in se nõ hñtes mordicationẽ: imo euitet mordicatiua: salsa acuta dulcia vehemẽtis dulcedinis coitũ exercitiũ ꝛc. q̃ de vlceribus renũ scripta sũt ꝛ tu ibi. laudaꝛ maxime chist ordei: brodiũ pulli. ℭ Qꝫ si fuerit ex nimio coitu sint cibi restauratiui humidi vel ad humidũ declinãtes: ꝛ laudanꝛ oua sorbilia in aqua frigida prius retenta per vnam horã: ꝛ oĩno multis mensibus interdicatur coitus.

ℭ Tertius in primis casib⁹ ẽ eq̃tio hũiditatꝫ aq̃se cũ diureticis friis ꝛ hu. per os ẽt p iniectionẽ ꝛ h̃ marie valet in vltio mĩc in pcedẽti canone narrato. vñ marie cõmendaꝛ aq̃ ordei excorticati cũ emulsiõe seminũ frigidoꝝ cũ gũmi ara. itẽ aq̃ ordei excorticati cũ diadragagãti. itẽ iulep. vio. sy. õ papauere. itẽ potus ex mucillagine seis citonioꝝ psiliȷ cuꝫ semine papaueris albi. ꝛ aq̃ frida. itẽ valet lac asine. itẽ lac caprinũ lac mulīebre ꝛ pcipue iniectũ. itẽ albumen oui cũ aq̃ aliq̃ diuretica vt cũ aq̃ alchechẽgi: itẽ valꝫ tragea facta ex seminibus quattuor maioribus fridis cũ modico zuchari. itẽ Serapio mucilago psiliȷ cũ modico caphore iniecta: ꝛ est medicina ꝓpria. Itẽ ꝛ est efficax ℞. mucillaginẽ psiliȷ oleũ ro. lac mulieris: modicũ camphore ꝛ iniçias. ℭ Qꝫ si dolor multũ pseuerauerit: aut augmẽtabiꝛ tunc vtere narcoticis p os ꝛ iniçiẽdo: incipiendo a faciliorib⁹ ꝛ ascẽdẽdo ad fortia: vt a semie papaueris albi iusquiamo vsqꝫ opium de qbus de fluxu ventris. ꝛ tu ibi. ℭ Item trocisci õ alchechẽgi cũ aq̃ ordei ꝛ modico dragagãti: aut cũ alia aq̃ itẽ ꝛ oĩa q̃ scripta sũt de vlcere renũ ꝛ scabie ꝛ pcipue qñ ẽ ardor vrine ex vlcere aut scabie in vesica vel eius collo. aut in extremitate virge: ꝛ iõ ad eas rubricas recurre. q̃nis aliqua tibi experta ponam in fine huius rubrice.

ℭ Quart⁹ ẽ euõ q̃ vt supra de renib⁹ oꝫ fieri cũ lenitiuis: nõ cũ medicinis fortib⁹: ꝛ hꝫ sunt cassia mãna tamarindi: pruna sebestẽ: ꝛ vsqꝫ ad bñdictã aq̃ lactis sene preparatũ polipodium succus vio. ꝛ hꝫ. in ea aũt q̃ ẽ ex coitu non indigemus euãtiõe: sꝫ restauratiõe magis: sꝫ i alia debes ipi euoni multũ isistere ꝛ cũ pillulis leuib⁹ ad h̃ õ qb⁹ q̃rto tractatu.

ℭ Quintus ẽ remedioꝝ ad ext̃ applicatio ex emplis vnctõibus: epithimatib⁹ ꝛ hꝫ hñtibus mitigare ardorẽ vrine de qbus. õ. de vlceribus vesice. ꝛ tu ibi. laudaꝛ tñ efficaciter mucilago psiliȷ cum oleo violato: lacte mulieris cera alba cuꝫ modico camphore.

ℭ Sextus est mẽbroꝝ coadiuuantiũ infrigidatio ex epithimatibus vnctionibus ꝛ hꝫ. vt supra de epate mala complexione calida ꝛ de renibus. ꝛ tu ibi.

ℭ De correctiõe vero accidentium iam dictum est qꝛ de dolore de quo hic ꝛ supra pluries actum est.

Cura si fuerit ex vehemẽtia egritudinis nota ẽ. oꝫ. n. intendere curatiõi eius cũ infrigidatiuis hũectatiuis ꝛc. vt actũ ẽ. ℭ De remittẽtibus acuitatẽ est liqritia in oẽm modũ administratiões. Itẽ succus citonioꝝ. Itẽ oleũ ro. eoꝝ iniectũ punce. semina cõmunia frida. ℭ Ad ideꝫ ꝛ ꝯsolidat ẽt vlcera. ℞. vngule caballine virge pastoris: ꝯsolide minoris pinpinelle: portulace capilli vene. buglosse. añ. M. i. liqritie maluaꝝ vio. añ. ʒ. i. iuiubaꝝ sebestẽ añ. numero. xl. seminũ papaueris albi. seminis lactuce: portulace seminum cõmuniũ. añ. ʒ. iiȷ. zuchari. lib. ß. fiat sy. ℭ Iteꝫ ex trociscis vt supra de alchechengi ꝛ ꝓprie cũ lacte asine dati. Itẽ sy. vio. vel mittimus cũ aq̃ ordei ꝛ liqritie. Itẽ emulsio seminum cõmunium de qbus similibus plene de vlceribus renum ꝛ vesice. ꝛ tu ibi.

Cura si fuerit ex vlcere ꝯsolidatiua vt ibi. item ponitur expertũ potus ex semine lactuce portulace cũ zucharo vel sy. vio. Qꝫ si ꝯtingat ex vlcere in extremitate de quo actum est. iniungaꝛ tenta in aq̃ ro. in q̃ dissolutum sit aliqd opij ꝛ imponaꝛ. est tñ magis opus cirugici. Ego aũt expertus sum vnguẽtũ de tucia pmissis euatiõibus dicta de aliȷs. Itẽ retinere vgã in lacte tepido. Et cura hꝫ p magna sui pte consistit ex his que dicta sunt de vlcere renum ꝛ vesice hinc a pluribus remediȷs supsedeo. q̃re si plura cupis recurre ad eas rubricas. ꝛ hec satis.

ℭ De paucitate vrine. Rrica. xiȷ.



Paucitatis vrine quqꝫ ponunꝛ cãe. ℭ Pria sumiꝛ ex pte materie: qꝛ cibi ꝛ poi⁹ q̃titate ꝛ q̃litate: quãtitate qdeꝫ qꝛ paucus sit cib⁹ ꝛ minor potus. nã ꝛ si de cibo trãseat i aquositatẽ. plus tñ de potu cũ sit ipsi aquositati ꝓpinquior: ex pte q̃litatis: qꝛ cib⁹ sit valde paucus: paucã hñs hũiditatẽ: ꝛ hñs virtutẽ exiccandi hũiditates corpis: vt panis miliacus de panico õ surfure sorbino ex ordeo lenticula cibi saluti panis bis coct⁹ fructus põtici ꝛ siliuꝫ. Silr ex pte pot⁹ vt cũ fuerit potus aque grosse turbide vini grossi ꝛ hꝫ. ℭ Scõa sumiꝛ ex pte corporis si p poros sic latos sensibilr sub forma sudoris aut insensibilr euacuanꝛ. corpa nãqꝫ multi ꝛ facilr resolubilia sunt pauci mictus. ℭ Itẽ poniꝛ ꝓ tertia cã ab Aui. flux⁹ vẽtris: vt qꝛ hũiditates q̃ p vrinã trã intti deberẽt emittiꝛ p secessũ. vñ quto afo. afforꝫ. scõo vrina multa secessus paucus. Silr ꝛ vomitus multus a supiorib⁹ eradicãdo ꝛ ab inferiorib⁹ trahẽdo. ꝛ ꝯsilr intelligaꝛ de aliȷs fluxibus ꝛ õ fluxu sanguis narũ. ꝛ de aliȷs ꝯsilibus euãtiõib⁹. ℭ Quarta cã sũpta ab ipsis mẽbris: vt qꝛ pmo debilitata ẽ vtus renũ attractiua: q̃re nõ attrahũt aquositatẽ ab epate tãtã quãtitatẽ quãtã deberẽt. ꝛ iõ paucificaꝛ. Itẽ qꝛ epatis virtus expulsiua est debilitata: ꝛ nõ expellit a se aquositatẽ: immo plusq̃ ꝯueniat cũ sanguie remanet: ꝛ sic fit cacexia: aut qꝛ epatis seq̃strãtiua ẽ debilitata. ꝛ cũ sanguine ad membra mixta q̃titas aquositatis transmittiꝛ nõ potẽs sanguinẽ a tali aq̃itate sepãre aut ecõuerso: ꝓ qbus vide supra õ cacexia ꝛ idrope. ℭ Ad paucitatem aũt vrine adiuuat aeris ꝯstõ sicca borealis q̃ humitates corpoꝝ exiccat saltem ꝑ se licet p accidentes vrinã multiplicet ꝯstringẽdo ventreꝫ. Itẽ ꝛ cetera q̃ hñt corpus exiccare vt nimia abstinẽtia forte exercitiũ vigilia animi accidẽtia imoderata que corpus exiccant. nã vt Gal. debilia minorãt ꝛ fortia auferũt.

Cura Canones ordinatio diete q̃ consistit in alterãdo ꝛ permutãdo in q̃li ꝛ q̃to ex pte cibi ꝛ potus exhibendo humectatiua: vt supra de mala complexione sicca stomaci ꝛ impinguando. ꝛ tu ibi.

ℭ Scõs est euatiõis retentio sensibilis ꝛ insensibilis. que primo cõpletur cũ cibis ꝛ potibus humores inspissantib⁹. de qbus supra de sincopi. ꝛ qñ fuerit sensibilis. vt est flux⁹ ventris. ꝛ hmõi. tunc deñꝛ stiptica restringentia. vt supra õ fluxu suo loco exhibeantur diuretica. Item fiant fricationes balnea vt humiditates diuertantur: ꝛ tunc vtere ipsis diureticis vt vrine moueantur. Consimiliter agendum si fuerit vomitus: aut fluxus nimius sanguinis.

ℭ Tertius ẽ administratio ꝯfortãtiũ rectificantiũ epar aut rñdens fm q̃ expedit de cã sua ꝛ cum qbus h̃ fieri hẽat habuistis ꝓpriȷs rubricis. ꝛ tu ibi. ℭ Cura ẽt hec magis aperietur dum tractabitur infra de multitudine vrine ꝛ ex habitis allegatis rubricis ꝛ ex dicẽdis de multitudine vrine apparebunt manifesta signa paucitatis vrine cum vnum cõtrarium ex alio elucescat. ꝛ sic hec sufficiant.

ℭ De difficultate vrine ꝛ retẽtiõe eius. Rrica. xiiȷ.



Difficultas vrine est⁹ quã qdã strãguriã qdã dissuriã. qdam siriã vocant cũ impotẽtia expellendi.

Cuius cãe sex ab Aui. assignaꝛ. õ qb⁹ p seqñꝛ si pri⁹ declarauero itepretatiões nonũ i rubrica positoꝝ pp qđ aduertẽdũ q̃ Aui. Rrcã

facit cōphēdētē oēm modū retētiōis vrine cū dixit de diffi cultate vrine ꝛ retētiōe eī⁹. Sꝫ Alexā. eā difficultatē noīa uit dissuriā: passionarius vō suriā. qdā tñ modernoꝝ igit̄ eē strāguriā passionē colli vesice: in q̄ vrina guttatiꝫ mingit̄ cū vō solū p horas emittit̄ ab eis noīat̄ dissuria. Si vō longo denegat̄ tpe ꝙ non emittat̄ nuncupat̄ suria. vñ versus. Egrū guttatim strāguria mingere facit. Impedit ad tps dissuria. suria semp. Uel sic. Strāguir guttatim sur. nil dis surqꝫ p horas. ℭ Aliȷ̄ speculati⁹ locuti dixerūt hec adīnui cem differre in q̄tō ꝛ spē cā ꝛ loco. ℭ Differūt in q̄tō qm̄ strāguria est vrine retētio maior q̄ in difficultate. Naꝫ in strāguria retētio vrine p̄supponit potētiā v̄tutis ɔtētiue exīstētis i collo: quā arguit supfluitas retētiōis a q̄ ꝓcedit ex certa cā opilāte. In difficultate vō retētio vrine p̄supponit debilitatē v̄tutis expulsiue in vesica ꝛ in lacertis vētris coadiuuātib⁹ quā arguit dura expulsio ꝛ difficil̄ nulla exīte cā oplatiōis i collo ꝛ via. ℭ In spē: nā stranguria ꝓprie et eēntialr̄ ē ois ꝛ absolute ipo facil̄ expulsionis vrine. ℭ Cā qꝛ strāguria ꝓuenit ex peccato ꝛ supfluitate ɔtētiue pp lesionē exīntē in collo vesice ꝛ eius lacerto: vt qꝛ fit spasmat⁹ ex hūore currēte vel frigore ad ipm̄: vel pp cōitatē ad supeꝛiora. vt in carabito apa nuce: vel in eius via: qꝛ opilata attenuatorie ex caliditate ꝛ siccitate: vt i febrib⁹ adurētib⁹. vel a friditate: vt i algoratis. aut pp aerē: aut pp aquā: aut pp sessionē sup rē fridā: vt infra: vel ex medicinis. vel ɔpssione viciuoꝝ tumescētiū: vel repletoꝝ vt i apate intestinoꝝ: ꝛ marie recti pectinis peritonicō testiculoꝝ ꝛ ani. Itē tumē te miīce: pp qō p̄gnātes freq̄ter mingūt. Itē in tenasmone. ragadiȷs emorroydibus dolore opilatōe coartatorie: qō ē plm ex hūore grosso ꝛ viscoso sanguine ɔgelato sanie grossa. lapide vētositate torq̄nte. vñ ipsam vesicā extēdēs ꝛ ꝓhibēs ei⁹ cōpssionē ē cā strāgurie ꝛ difficultatis mict⁹ qñqꝫ vt infra. ℭ Difficultas aūt ꝓuenit ex pctō ꝛ debilitate expulsiue pp lesionē ꝓpriā exīntē in vesica: qꝛ malā ɔplonem nālē vlcerationē apa: vel p cōitatē ad pn̄m lesum: qꝛ epar vl ad lacertos vētris lesos coadiuuātes ipaꝫ i expulsiōe: ꝛ magis cū vrina est pauca. vel in se: qꝛ mollificati: vel p cōitatē ad cerebꝛū: vt in stupore litargia. ℭ Etiā differūt i loco: in quo tñ aliqñ ɔuenīūt. vt qñ cā ē in virga: ꝛ via ei⁹: aut poris vritidib⁹ ꝛ opilatio aliq̄ triū modoꝝ. Etiā differt ex pte locati. vt qꝛ vrina fuerit pauca: a cui⁹ cōpssiōe deficit v̄tus expulsiua. aut multa pp lōgā retētionē ei⁹ quā nō valꝫ expellere: duritie sensuū pp sōmnū sopiētē v̄tutē in nocte: vel occupationē in die distrahētē ipsaꝫ: vel pp verecūdiā cōpescētē: q̄re valli ei⁹ diu remanētes extēsi debilitant̄ in ɔtētione ꝛ expulsiōe necīa: vt de vētositate dcm̄ ē: aut qꝛ fuit acuta faciēs dolorē cū transeūt p vritides: ꝛ p collū vesice ꝛ virgā marie cū fuerint vlcerata. cū. n. sentiūnt ardorē refugit vesica a cōpressiōe ꝛ stringit̄ lacertus colli. ꝛ lacerti ventris cessāt pp dolorē a ɔstrictiōe. q̄re retinet̄ vrina: et fit difficilis exit⁹ ꝛ cū patiēs studet i seipso mingit vrinā suā nālē in q̄ntitate ꝛ q̄litate: sedat̄ dolor: ꝛ ɔsilr̄ cū vincut̄. ℭ Et ex cāis exterioꝛib⁹: qb⁹ ɔuenīūt sūt pcussio casus expō aeri frigido ꝛ vēt⁹ septētrionalis: ꝛ h̄ p se. lꝫ p acciñs ꝓuocet vrinā qñ est debilis: vt in p̄cedēti rubrica. nā qñ est fortis vrinam in membra ɔstringit: ꝛ ꝓfundat calorē: q̄ eā consumit.

ℭ Et in sūma cā difficultatis vrine est aut debilitas vesice. Aut nocumētū i collo ɔtingēs. Aut debilitas v̄tutis. Aut nocumētū musculi: siue musculoꝝ coadiuuātium ad eius exitum. vt. s. aut defectus mēbꝛoꝝ cōicātiū. aut nocumentū in ipsa vrina exñs. Que sunt cāe sex sic h̄ ordie a pncipe posite q̄ succincte ꝛ sic ordiate ponēt̄: ꝛ sic ō ipsis lārgi⁹ dictū sit. ℭ Accidit debilitas vesice sp a mala ɔplone: ꝛ precipue frida: ꝛ ē fꝫ plm: aut pp apa. aliqō tale. aut pp cōitatē vt dictū est de epate: renibus cerebro ꝛ hꝫ. ℭ Cōtingit pp nocumētū in collo p se vel p cōitatē. Exēplū primū: qꝛ ibi ē apa: aut lapis opilās: aut hūor: aut sanies. Exēplū scd̄i. vt qꝛ multa ē fex. i. itestinis ɔprimēs ꝛ coartās collū: aut apa aut fetus i mīrice ꝛ hꝫ: vt dcm̄ ē aut vlcus: ꝛ dolor. ℭ Prouenit ꝛ difficultas ex defectu virtutis. pmo sensibilis: deinde motiue. Itē ex defectu v̄tutū nālū. Exēplū pꝛimi. qñ in ducit̄ in sensu pp qō non cōcipit̄ obiectū: vt in carabito litargia. vt pꝛima tertiȷ̄. de eis. ℭ Exēplū scd̄i. qñ in lacerto colli. aut vētris accidit tanta debilitas ꝙ virtus motiua nō pōt eū aut eos extendere. seu dilatare ad cuius musculi dilatationē seqtur expulsio: ꝛ ad eius ɔstrictionē retentio. ℭ Exēplū tertiȷ̄. vt si qñ a mala cōplone frigida: a qua est fm plin: ꝛ raro a calida debilitat̄ expulsiua eius. vt supꝛa. ℭ Exemplum quarti. vt qꝛ musculus sit debilitatus a mala complexione frigida: aut spasmatus: aut apostemosus ꝛ huiusmodi. ℭ Exēplum quinti. vt qꝛ accidat debilitas in epate. ꝛ quod in eo deficiat sequestratiua: aut in ydropę quare non mittit aquositatem ɔueniētē. Aut debilitas attractiue renū: aut eoꝝ opilatio. vt ex apate lapidis ꝛ hmōi ℭ Exemplum vltimi: vt qñ vrina est valde acuta īducēs dolorem qua in eius exitu natura ipsum retinet vt dolorē fugiat. vt supꝛa de vlceribus vesice.

Signa qñ cā eius est cōplō frigida albedo vrine cum grossitudie. aut tenuitate adest grossitudo cū expellit̄ cum vrina flegma. tenuitas vō cū sola aquositas. ℭ Scōm signū freq̄ntia mingendi euenīēs qñ difficultatis retētionē. qꝛ pmo debilitat̄ virtus difficultatur i emittēdo: ita ꝙ debilitas aliqualis facit ad freq̄nter mingendū maior aūt ad difficultatē: ꝛ tu cōsidera. ℭ Tertiū multus vsus balneatiōis aque frigide: q̄ facit multū ad debilitandum vesicā. ℭ 4m sensatio frigoris: vt qꝛ flauit vētus frigidus: vt septētrionalis ꝛ hmōi. ℭ Et vltimo adest puatio signorum calidorum ꝛ calidis iuuat̄. Q̄ si ex cā fuerit calida vrina erit acuta ꝛ percipietur caliditas ꝛ inflāmatio iuuatur frigidis ꝛ humectatiuis. Iteꝫ precessit: aut adest se. adurens eliquans ꝛc̄.

ℭ Signa si fuerit pp apa in vesica. aut in mēbris viciniis ei iā posita sūt supꝛa. ꝛ tu ibi. Et differt hec difficultas ab ea que est ex aliȷs cāis. qm̄ difficultas q̄ ex apate paulatim venit nisi multa eēt mā q̄ subito mouet̄ ad faciēdū apa.

ℭ Signa si fuerit pp aliqō mēbꝛū mittēs. tūc in vesica non apparet aliqō nocumentū. sed bñ in mēbꝛo cōicante.

ℭ Signa si fuerit opilatione vt pp apa iam dictum est. Si pp aliam cām iam cōpꝛehendet̄ ex intromissione siringe p illud qō egrediet̄ ex sanguie. aut alio humore. ℭ Q̄ si fuerit lapis inuenient̄ res dura: ꝛ erit cum nausea dolore ꝛ hꝫ. vt supꝛa de ipso. ꝛ ꝙ vrina precessit arenosa.

ℭ Q̄ si fuerit pp sanguinem opilantem habuisti signa. supꝛā de eo: ꝛ raro fit euasio. ℭ Q̄ si fuerit pp flegma grossum cognoscetur p grauedinē loci: ꝛ maxime qñ mā ē plurima: ꝛ ꝙ erit humor crudus. ꝙ si fuerit pp frigus scietur per accidentia frigoris. ℭ Q̄ si fuerit ex ventositate sentit̄ tensio sine grauitate: ꝛ ꝙ est cum pmutatione. ℭ Q̄ si fuerit ex opilatiōe meatus v̄ge signa repletio ꝛ inflāmatio vesice ꝛ chorda tēsa grauitas ē in pectine: ꝛ ancha cū dolore

ℭ Q̄ si fuerit ex carne nata in modū veruce semp fiet sanguis aut sanies ꝛ dolor: ꝛ grauitas loci: ꝛ impedimētū vrine non remouetur: sed potius augmentatur.

ℭ Signa si fuerit pp debilitatem expulsiue qm̄ vrina facta compꝛessione cum manu faciliter reducitur.

ℭ Signa si pp mollificationē lacerti: qꝛ patiēs leuiter mingit qñ sup vesicam ꝛ femur fit cōpꝛessio. Q̄ si pp spasmuꝫ lacerti signum ꝙ paꝝ vrine egreditur compꝛessione.

ℭ Signa si fuerit pp debilitatē renū: aut cā lapidis aut apatis ex signis iam supꝛa de eis positis. nam si ex renibus dolor ꝛ grauitas erit illic. ꝛ ita de aliȷs. ℭ Q̄ si contingat ex debilitate attractiue renum cum erit venter lenis absque

nocumēto in vesica ⁊ aliis. ¶ Q, si fuerit ex vlceribus: aut acutate renū id signa posita sūt. ⁊ tu ibi. ¶ Q, si fuerit pp longā retentionē signū: q2 cū fit cōpressio cū manu mingit vrina: ⁊ q2 fuit retēta vltra volūtatē per tps. ¶ Q, si fuerit pp debilitatē musculoꝝ vētris coadiuuantiū ad vrinādū. tūc apparebūt signa ex parte cōplonis mãe. aut cōpositionis. ¶ Et si fuerit, compassione alioꝝ membroꝝ. vt cerebri ⁊ huiusmodi iam signa erunt vel precesserunt.

Pronostica ablatio vrine si diu durabit mortē significat. ¶ Si alicui auferē vrina: ⁊ superueniat tenasmon infra. 7. dies morieē: nisi superueniat fe. liquefaciens ⁊ aperiens.

Cura Canones. Primus q2 cura difficultatis vrine varianda est ꝫm varietatē cause. ⁊ ideo ne accidat cōfusio, ꝓsequar de cura eius particulariter semꝑ ꝫm ꝑticularē curā ei⁹. ¶ Sed anteq̄ ad curā venias scito q2 hę passiones noiate strāguria ⁊c. si sunt ex mala cōplone simplici aut ex huorib⁹ facilr curanē. Qñ vero ex arenulis difficulter. Ex lapide vero vix aut nunq̄. ¶ Itē ex scdo pōt viuere hō 25. dieb⁹ qbus nihil de vrina emittit: vt vidit brisiensis: qui noiat artusium de vinario: q stetit tāto tpe. ¶ Tertio nota verbū Aui. hic. ⁊ dictū est q hz difficultatē vrine aduenit ei post tenasmon nisi accidat febris ⁊ ꝓuocationē plimam faciat. Et ꝫm ordinē cārum. vi. incipiam ordinē cure.

Cura In ea q̄ est pp debilitatē vesice ex mala cōplone frigida a q̄ est ꝫ plimū. ⁊ raro a calīa pmissis canonibus ex pte diete digōnis ⁊ euacuatōis si necessariū sunt operare cū his q̄ ipsam vesicam cōfortēt ⁊ calefaciāt: de quorū numero sunt camomilla: spicanardi: pulegiū: sauina: cinamomū: oleū eius: trifera: sticados: cyperus: laurus cyperus: ysopus humida: ⁊ oia illa calīa supius noiata calīa in passionibus renū. Uñ cōpone ⁊ administra: p os p inferius cū clisteri. Ad extra eplastra vnguēta: fomētatōes balnea nālia artificialia ⁊ hmōi. de qb⁹. s. actū est. ¶ Et hic nota vt sepe replicatum est: q2 cū his q̄ per os administranē dari debēt diuretica portātia virtutē aliaꝝ medicinaꝝ ad locū: ⁊ h maxime qñ facta ē euo mãe antecedētis. ⁊ nō dubitaē de conductōe amplioris mãe ad vesicā ⁊ ex eis inde ledaē magis. ¶ Q, si fuerit absq3 vitio huoris sola sic sufficiēt alterātia absq3 suspitiōe maxima corpe nō existē plectorico. ¶ Idē operare si a causa calida peruenit vt cum mirto: solatro: malua citonio. Item valet cucumer domesticus cucurbita rose: ⁊ cetera frigida supra in de renibus posita. ⁊ tu ibi. ¶ Itē valent olea tpata lenificatiua. vt oleum de violis: d cucurbita mixta cum oleo de camomilla anetino. Q, si ibi fuerit siccitas administrenē tūc olea mollificantia: ⁊ regimē totū humectatiuū. balneū in hoc ē singularis medicia

Cura In facta pp casuz ⁊ pcussionē: aut cū apãte. aut nō: fac flomiā ex basilica. deinde administres tinas mollificatiuas: aut spōgias in ipsis infusas: aut aliter in genere. deinde exhibe diuretica. Q, si sanguinē plurimū miserit: da cōstringētia: da trociscos de charabe ⁊ huiusmodi: vt infra in sua rubrica.

Cura si ex retentiōe minima tūc administra mollificātia ex balneis spongijs ⁊ hmōi. deinde imitte p siringā: ⁊ pcipue oleū balsami qd est maximi iuuamēti in hoc casu. vnde fiant tūc ex fenugreco altea. semine lini. cartamo ⁊ huiusmodi. ⁊ ex cōsimilibus emplastra: aut vnige ⁊c. ⁊ siringa ⁊ per os da diuretica fortia.

Cura In facta pp opilationē in meatu. ¶ Prio. q2 ibi fit apã calida: aut durum. tūc pmittaē flomia basilice: deinde si videē de saphena. ⁊ hoc qñq3 sufficit in ꝓuocatiōe vrine. Aui. Quo facto cureē apã. vt supra dictū est de apãte vesice: ⁊ ꝓcedaē cū mollificatiuis lenientibus factis ex eis balneis: aut emplastris dimittat stiptica ⁊ abstineat a cibo ⁊ potu saltem duob⁹ dieb⁹. itē minoret potū aq̄ ⁊ rei aquose. ⁊ cū mollificatū fuerit comprime suauiter et exprime. Et cōferunt hoc casu altea: caulee: porrū: cepe coctū ⁊ exiccatū: ⁊ emplastratū. silr alleū cum resta sua: vt. s. de paucitate vrine. In ea aūt q̄ est ex opilatōe pp huorē: aut saniē regaē regimine cōuenienti. Ut si fuerit ex huorib⁹ grossis abstineat a cibis difficilis digōnis viscosis. de qb⁹ in de lapide. ¶ Q, si fuerit sanies abstineat ab acutis mordicatiuis: maxie qñ sanies illa est ab vlcere. vt supra de vlcere renū ⁊ vesice. deinde deneē digestiua appropriata incisiua: vt ops ⁊ oximel squilliticum: laudantur item euacuatiua: vt decet per os: ⁊ per inferius cum clisteri ⁊ hmōi. Deinde administrenē diuretica fortia: q2 humor viscosus sic indiget ⁊ maxime qñ aliqua precessit digestio: ⁊ silr sanies. Item valet balneum ⁊ emplā: ⁊ vnctiones ad extra mollificatiua aperitiua resolutiua. Et ex cōmēdatis sunt: aqua raphani: et fortior est decoctio eius. Item aq̄ ciceris nigri: petroselinū: mirrha: amoniacū: acorus: anetū: semē eius: ⁊ feniculus: anisum: apiū: tyriaca: metridatū: ⁊ sūt vehemētis iuuamēti. diacurcuma. ⁊ silia. de qbus supra sepe. ¶ Item si cōtingat patientem eē puerū lactātē deneē nutrici silia alterātia lac: vt. s. lac recipiat virtutem a tali re assumpta. Et breuiter medicine valētes in fractiōe lapidis sunt hoc in casu cōuenientes: maxie qñ nō est vlcus: aut sanguis: ⁊ tu ibi. Et sis attentus q2 ista non administrētur: nisi facta prius euōne materie antecedentis. ¶ Et ex laudatis. ℞. iuniꝑi: assari: amomi: ameos: petrosilum: se. apii. rubee tinctorum: amigdalarum amararum. spice: añ. ʒ. x. seminum melonis. ʒ. v. cantaridarū abscissis capitibus ⁊ alis. ʒ. ß. armoniaci. ʒ. i. ß. resoluatur amoniacum in triplo vini ad ipm amoniacū ⁊ fiāt pillule vt auellana: ⁊ detur vsq3 ad. ʒ. ij. cum lacte. ¶ Itē iniciantē semina ⁊ assa: ⁊ qdam addūt his castoreū euforbiū: zinziber: piper longū: oleū balsami. vt supra de lapide. ⁊ dictum est manus dei. Et intellige vt dictū est: qñ nō fuerit vlcus. qm fortiter aperitiua acuta saltē sūt nociua. s3 capillus veneris est fortiter aperitiuus: ⁊ nō acutus. ⁊ ideo conueniens cā existē ex pte saniei. ¶ Et ex hītibus ꝓprietatē ī hoc si vesica damule exiccate: de q̄ bibaē cū vino. ʒ. ij. ⁊ maxie ī pueris. Et cōsilr si ē ex aliis cāis pmissis: aut p cōitatē ab alio mēbro. Cura erit rōne illaꝝ ⁊ illi⁹ mēbri ꝫ⁹.

¶ Q, si opilatio fuerit pp rē cōgelatā in collo. tūc cureē cū his q̄ dicta sunt de congelatione sanguinis in vesica ⁊ administrenē emplā: vnctiones iniectiones. Item administrētur diuretica fortia. vt supra. vt aqua raphani ⁊ hmōi. ⁊ sis memor canonis positi. ¶ Embroca ad hoc. ℞. sinapi. pulegium. ⁊ fimū columbinum: fac bulire ⁊ embroca. vt supra. ¶ Itē. ℞. bacaꝝ lauri: amomi: aluminis mellilotī: ⁊ farine ciceris nigri: camomille añ. ʒ. v. dauci. se. apij. se. raphani. añ. ʒ. ij. ß. fac emplm cū oleo balsami: aut cum oleo liliorū: ⁊ cū aq̄ caulium: vel decoctiōis allei. ¶ Ex vnguētis. ℞. serapini bdelij. oppoponaci. acori. añ. cum qb⁹ fac vnguētū cum adipe anatis: oleo de lilijs: ⁊ cera citrina. ¶ Intentio bona. ℞. galbanum oppoponacū. storacem piper: assa: ⁊ cum oleo balsami: aut de lilijs distempereē.

¶ Q, si opilatio ⁊ cā fuerit caro orta: aut veruce. tūc cura erit cum balneis mollificatiuis herbis ⁊ seminibus dictis, oleis mollificatiuis pinguedinibus ⁊ hmōi. vt supra sepe. ⁊ d cura opilatiōis epatis. ⁊ abstineat ab acetosis stipticis. Et inquit hic Aui. ⁊ fortasse proderit ⁊ fortasse non ꝓderit. ⁊ ex isto vbo colligo q2 cura eius aut impossibilis. aut valde est: ⁊ sūme difficilis. quare de eius intromissione bñ cōsidera.

Cura In ea que est a paralysi cureē cura paralysis: ⁊ hoc cōfert fimus columbi siluestris si de eo bibaē ʒ. i. cū vrina pueri. Idē opaē stercus muris cū aq̄ decoctiōis aneti. Itē cōferunt iniectiōes ex oleis ⁊ aliis reb⁹ appropriatis. de quibus sepe actum est. Item iniectio balsami. Item assa cū lacte ⁊ huiusmodi. ¶ Et similiter si fuerit ex spasmo

mo lacerti curetur cura spasmi. ¶ Et si a cerebro qr a ca rabito ꝛ h9 curet illo ꝑus. ¶ Qꝫ si fuerit ex vētositate cu ret cura vētositatis vesice. ¶ Si vo cā fuerit fe. ꝛ calor ꝓ cedat ꝗtum est ex hoc cum seminibus fridis: vt est semen (lactuce aqua granatoꝝ ꝛ h9.

Cura In scā ex dolore ꝑicipe cū stupefactiuis icidēdo deide ꝓcede: vt de cura vlceris dcē ē. ¶ Ex pte medicami nū ꝛ diete ꝛ itentio medicaminū ꝯglutinātiū ꝛ reꝝ adhe rentiū ꝓhibentiū mordicationem est magnū iuuamētū: vt iniectio dragaganti. sepi ircini: aut arietis: ꝛ h9: vt. s̄. de dis (sinteria intestinorum.

¶ Et licet consueuit quandoqz accidere difficultas impregnationis ex parte viri: vt dcm est: tamen frequentius id contingit: z multo magis ex parte mulieris: z ideo oz maiorem adhibere curam remouendo que sunt causa sterilitatis ex parte cōplexionis eius. qz si frida frigido coniūgitur non videtur esse cura alia qz socij mutatio vt de viro dcm est: sed semper sit anima carior nato. ¶ Itez si cōtigerit lesione pncipalium: aut aliozum age vt de viro dictum est. ¶ Si aūt id pțigerit ex parte seminis eius. quia scz sit infectum: cura per ordinem vt est dcm de semine viri hic ante: euacuando alterādo dietā ordinando ad contrarium cause: z si sit ppter malam complexionez calidā: temperantia bonum sanguinē: aut frigida. de quib omnibus tertio tractatu. Itē ex alterati vt oportet: sed acetā portulacā lactucā z alia talia frigida supra tractatu quarto. Item si non est vxoratus z sit complexionis calide habens sperma calidum: eligat vxorem albam z mollem in cōplexione frigidam. ¶ Cōsimiliter si fuerit ex mala cōplexione frigida accidentali remoue ex calidis ex parte cibi z potus bonum sanguinē generantibus. de quibus tertio tractatu. z vtatur aromatibus z alijs calidis stomaci ac cordis confortatiuis. z tu in hoc te modera. vnde diamargariton: diamuscus: diagalāga z hmōi sunt pueniētia. Q si nō fuerit vxoratus: z fuerit cōplexiōe nālis frigidi seminis pductiuus: eligat vxorē tendentē ad bruniaz. hñtē menstrua rubicūda valde z in magna quātitate. vinū autē sit pot quo vti dz: limphatū tñ. ¶ Et nota q vbi ambo essent equalis complexionis conceptio fieret. vbi vō vterqz esset distēperatus ad calidum aut ad frigiduz: nō. vnde qz mulier est sicut subiectum z passum: vt stante casu distēperantie dicte debes studere pparare ipsam matricē cum calidis: vt inde fiat pceptio. z vt supra maxime cōmēdatur semen baucie qñ terit z cum vino ponit: z radix eius quando comeditur vsqz ad duas lunationes. i. ad binas mēstruozū purgationes. Silr z ameos cum terit z miscetur cum medulla vituli: aut cū osse ceruī: z cum lana supponit ante hozā coitus die vno: aut duob: aut trib post purgationē. ¶ Q si pțigerit semē non esse plificuz ex pte etatis expecta etatē aliter nō est ei cura. Itē si pțigerit hoc idem ex causis alijs: vt qz mulier sit ebria: infirma z hmōi: vt s. de viuli dictum age proportionaliter: vt ibi.

¶ In facta ppter matricē aut partiū eius: tunc per cās discurre. Q si fuerit pp malā cōplonē frigidā: z est illa que est sm plurimū: tūc dietā ordina ad pțrariuz ex cibis z potibus calidis: vt carnib pipionū: gallinaceis z hmōi aromaticis. cū aromatibus calidis stomachalibus z cordialib. Utat cubebe z siseleos in ieiuno vino dulci rubeo odorifero omnis sorbilibus: pfectiōibus calidis vt diābra z hmōi. vel suo mō in ceteris nō nālib. ¶ Fiāt pessaria calida ex semine peonie z siseleos: z hmōi. z ex his z psilib clisteria in matrice. ¶ Item iniiciat vinum nigrū calidum: decoctionis bdelij: z post illud intromittat oleum balsami. z remediū hoc a placētino reputat mirabile. ¶ Et hic aduerte q vniuersalia pcedere debēt. fac itaqz purgationes debitas premittēdo digestiua appropriata. Item fac balnea encatismata: cerotaria: suffumigia z hmōi calida ex dictis sup z ex dicendis. ¶ Cōsilr operare de mala cōplone calida ordinādo dietā: digerēdo: euacuando: alterādo z pfortādo: vt supra de mala cōplone matricis. Q si fuerit vitio complexionis sicce si opus fuerit opare cuz vlibus. deinde pcede ad particularia. vnde accidit vt mulier non concipiat ppt malā cōplonē siccā etiā sine mā: vt sunt macilēte extenuate: z tūc cura est resumptio z humectatio toti corpis z matricis. vñ vtat brodijs gallinaruz z carniū pinguiū: omnis sorbilibus: pultis in dictis brodijs z hmōi. vino vtatur dulci rubeo: z nō multū quiescat z nū laboret. vtatur balneo post cibū ex decoctiōe maluarū violarū buglosse flo-

rū camomille borragis fenugreci ꝛ hꝫ. cuꝫ capite castrati.
Item his addatur butyrū ꝛ est excatiuima. Et similr circa preter
matricis os matricis inungatur sepe cuꝫ pinguedine gal-
line anatis sepe. itē vtatur diureticis humidis. ¶ Itē cliste-
rizetur matrix cū decoctiōe capitis castrati in qua buliāt q̄
matricē cōfortāt. nō nimis calida addendo oleū vio. aut pin
guedinē anatis: aut galline: aut mucillagines ꝛ hꝫ. Simile
fiāt suppositoria: ꝛ tu ex datis ꝛ dicēdis cōpone. Coitu vta
tur sepe quia matricē humectat: ꝛ hoc nisi spermatizaret sepe ga
sic plus exiccaret. ¶ Ubi vero cā fuerit humiditas superflua
que sit cā opilans os matricis ꝛ ora concludorum sitqꝫ cā
lubricationis spermatis: quod solet esse cā precipua in hoc. Cu
ra est ordinatio diete ad contrarium cāe ex cibis: ꝛ potib⁹ vt. ā.
ꝛ ex aliis quoqꝫ nō naturalibus. Digō. Etio. Alteratio matricis
cum rebus exiccantibus dictis ꝛ dicēdis: aut suffumigan-
do oī die aut clisterizādo: aut supponendo ex exiccatiuis
notis. Sunt eni quedā que sunt ita humide quod spma int⁹ cō-
tineri nō pōt. Usi breuiter post ordinatione diete digeras
ꝛ euacua. Et pro euacuatiuis vide infra de obfuatione em
brionis ꝛ cautela aborsus. Et post euacuationem sequēti
die vel circa minue ex saphena. Et tertia die post flobotho-
miā da triferā magnā opiatā cū vino calido. Itē fac suppo-
sitoria calida ex rebus dictis ad hoc facientibus: vt resolue
storacē ꝛ fac suppositoriū ꝛ super aspergas gariofilū nucē
muscatā ꝛ galāgā. Postea fac ipsam ingredi balneū nāle
cum regulis suis aut artificiale ex reb⁹ calis exiccatiuis: vt
sunt mentha maiorana laurus ꝛ hꝫ. de quibus. s. ¶ De
inde vadat dormitū ꝛ recipiat de hoc electuario. ℞. spice nar-
di gariofiloꝝ nucis muscate galāge cardamomi piperis lō-
gi. ros. storacis calamite alipte. aā. bistorte ad pōdus oīuꝫ
confice cum melle rosa. addito musco. Omni autē sero te
neat suppositoriū vsqꝫ ad mediā noctē ex trisera magna
cuꝫ olibano factū. Et ipso extracto supponat sibi aliud ex nu-
ce muscata ligno aloes storace calamita ꝛ gariofilis factū
ꝛ stet factū prius quam ponat nouē diebus. ¶ Et aduerte quod sta-
tim post mūdificationē menstruorū fiat scarificatio in ti-
biis: deinde fiat fomentū ex aq̄ pluuiali decoctiōis bistor-
te ꝛ pulegij. Deinde fiat suppositoriuꝫ ex ambra ꝛ musco
ꝛ aliis predictis speciebus: ꝛ hoc tribus dieb⁹: quarto vero fiat fomē-
tū predictum. Et tūc vir accedat ad mulierē modis dictis in
precedenti rubrica. Nec mireris si fui hic prolixus: quia ista so-
let esse cā precipua ꝛ plurim contingens. Itē vt hoc sit sicut exem
plum ad alias causas. ¶ In scā propter amplitudinē cura
est vti rebus stipticis constringentib⁹ matricē cuꝫ balaustijs
nuce cipressi gallis vino nigro stiptico ꝛ hꝫ. Et imponant
suppositoria ex peciis intincta ꝛ madefacta in his. Itē ex
his plantagine myrrha thure mastice barba ircina. ꝛ hꝫ.
Fiat balneum in quo sepe sedeat. ꝛ frequēter balneationem
oris matricis cū his ꝛ vino nigro stiptico. ¶ In facta ex opi
latione vasorū cura est cura opilationis matricis. de qua supra
in sua rubrica: sed attende ad ētionē materie facientis opi-
lationē cū clisterijs suppositorijs medicis per os. Itē ꝛ exhi-
bendo ex diureticis appropriatis. ¶ Quod si fuerit opilatio
ob pinguedinē cura est extenuatio ꝛ consumptio illius cum
rebus calis exiccantibus vt balneo calido exiccatiuo di-
sterijs exiccatiuis suppositorijs vnguētis cerotarijs suffu-
migijs ex talibus ꝛ spāliter cum his que iuuāt ad impre-
gnationē. Item introducatur dieta extenuatiua quia pauci
nutrimenti ex pane miliacio vino paruo austero carnib⁹
piscibus salitis ꝛ hꝫ desiccatiuis ieiunet parum comedat
exercitetur vigilet ꝛ hꝫ dormiat sup stratum durū: ꝛ balneū
nāle est in hoc vtile valde. ꝛ fiat purgatio sepe cū pillulis de
agarico fetidis ꝛ hꝫ. Et in hoc casu conuenit flobotomia etiā
reiterata si virtus ꝛ etas consentiant. ¶ Quod si fuerit propter
emorroydas: aut apostema: aut propter carnē additaꝫ ex
huiōi reliquo cirurgico: tū de his habuisti supra rubricas
proprijs. ꝛ tu ibi. ¶ Quod si fuerit propter pinguedinē cūlli
aut corporis extenuationem cura ex dictis hita est. ¶ In
facta propter ventositatem grossam cura est regimen ca-
lefactiuum ꝛ exiccatiuum ex parte cibi ꝛ potus confectio
nū calidarum: vt tyriaca metridatum diambra. Itē viuo
rerum ventositatem carminantium. item clisteria carmi-
natiua suppositoria embroce suffumigia ꝛ huiōi. vt supra
rubrica de ventositate matricis. ¶ De errore contingēte
tantum pro nunc dico quod mulier post coitum non debet se
mouere: sed stare. vt in precedenti rubrica dictum est. Itē
neqꝫ tussire neqꝫ sternutare: neqꝫ aliquod tale facē quod ha
beat causam concutiendi ꝛ mouendi matricem ne ab ea
sperma retineatur. ꝛ de his satis propter ꝛc. ¶ Multa no-
ui habentia impedire conceptum que hic non apposui pro
pter malos viros. vt feci supra de superflua vigilia. ¶ Im
peditur autem quandoqꝫ conceptio cum fascinationib⁹
ꝛ maleficijs. de quibus tantum dicatur quod quia talia quā
doqꝫ ponuntur in lecto aliquando in domo abscondun-
tur: ideo sponsi sine maleficati lectum mutent ꝛ omnia
ꝛ domum. Dicitur quod si camera ꝛ domus aspergatur san
guine canino quod ipsa ab omni maleficio curabitur. ꝛ de his
dictuꝫ est plenius in precedenti capitulo.

Et quia generationi omnino intenti esse debemus.
hic ego subiungam aliquem particulareꝫ
modum iam in casu isto obseruatuꝫ: vt sit sicut norma cū
ex aliis prouenit causis. deinde subiungam remedia plu-
ra in hoc conferentia ex auctoribus ꝛ doctoribus proba-
ta in consilijs ꝛ aliis locis excerpta.

¶ Placētinus noster vir certe optimi iudicij ꝛ vere scientie
dixit quod hoc modo processit. mūdauit mulierē ante menstrua
cum aq̄ decoctiōis mirabolanoꝝ: emblicoꝝ: kebuloꝝ: in
doꝝ: ꝛ ros. ru. ꝛ dulcorauit cū suc. ros. veteri: ꝛ dabat. ʒ.
iiij. vel quinqꝫ cū vino rubeo stiptico per horā ante diem: ꝛ fa
ciebat bis anteq̄ mēstrua accederet. post autē exitū men-
struoꝝ quinqꝫ diebus sedeat mulier in aq̄ decoctionis ros.
ru. gallarū: balaustiarū: ꝛ radicū peonie pistate grosso mo-
do. Cum vero exit balneum se exiccet pāno lineo mūdo: ꝛ in-
tromittat candelā vel licinū inunctum balsamo ꝛ aspsuꝫ
puluere peonie: vel madefactum in succo peonie ꝛ balsa-
mo. ꝛ oī die in ortu solis stomacho ieiuno comedat de sile
siseleos. ʒ. ij. per se vel mixto cū ameos: ꝛ in hoc inuenit vtilita
tem plus aliis. ¶ Et anteq̄ ponā hic alia nota bene quod que
ponuntur in vuluā ad conceptionē post quartum diē post pur-
gationē mēstruoruꝫ imediate plus operantur quam aliis tpib⁹
quibus aliis tpib⁹ ad ipaꝫ conceptiōeꝫ accedat: ꝛ memoro vnū
fortiter cōmēdatū sic ipositū post illos dies succus peonie
cū puluē eius impositus diebus dictis habetur pro mirabili.
¶ Expertum aliud ab eo post purgationē ꝛ ordinatiōeꝫ
diete fecit tale balneū. ℞. ros. mirtilloꝝ corticū mandra-
gore. aā. lī. s. pulueris gallaꝝ. lī. ij. pistentur grosso mōe ꝛ bu-
liāt in situlis duabus aque in qua ferrarij extinguunt fer
rū: ꝛ de sero quādo vadit dormitū in ea aqua sedeat tepi-
da per nouē dies continue: ꝛ hoc post purgationē suoꝝ mē
struoꝝ prius: ꝛ cum intrat lectuꝫ supponat sibi cādelā inū-
ctā hoc oleo. ℞. olei ros. ʒ. i. gūorum musci: ambre. aā. xij.
pulueris corticis: mādragore cribelati cum pecia subtili. ʒ.
s. misce: ꝛ vltima die sui in aurora diei sumat trifere ma-
gne. ʒ. i. cum vino rubeo calido: ꝛ hoc de quarto in quartū dies
omni mēse donec fuerit pregnās. quod si in ea impregnatio fu
erit possis cum illo viro ipregnabitur. Sed tu cōprehende in
qua cā debet hoc experimentum hēre efficatiā ex dictis.
¶ Quidā preparāt mulierē ꝛ matricē eius in causa frigida
hoc mō. p. n. dant talē syrupum. ℞. matricarie: pulegij: cala
mēti: radicis enule: acori: radicis solatri: altee: feniculi. aā.
ʒ. ij. cuscute. ʒ. s. melisse: prassij: ameos. ana. ʒ. s. corticum
citri. ʒ. i. passularū enucleatarū: liquiritie. aā. ʒ. i. cicer. ru.

ℓ. i. aceti squillitici. ℥. ij. spice cassie lignee. aā. ʒ. i. bulīāt hec duo in pecia rara cū alijs. dos. ℥. ij. cuȝ aq̄ gariofi. ¶ Post sirupuȝ purgāt mulierē ⁊ virum ipm̄ si opus est cū agarico pillis fetidis bn̄dicta ⁊ hͦ. ¶ Et post purgationē iducunt balneū ex aq̄ decoctiōis folioꝝ lauri mētastri saluie origani pulegij. deīde ordināt clistē ex decoctiōe masticis pulpe collogntide. ℥. ij. in q̄ dissoluaſ iera ⁊ iniciaſ in matricē. ¶ Deinde ordināt pessarium. ℞. macis bdelij gallie muscate. aā. ʒ. ij. pulpe collogntide. ʒ. i. pulueris iere. ʒ. i. cōfice cum laudano pessarium lōgum aptuȝ venire vsq̄ ad mr̄icis concauum. Et aliq addūt euforbiū. Et nō hͦ q nux vomica cōbusta: ⁊ in lana supposita mr̄icē a sua humiditate valde mūdificat. ¶ Sic autem purgata mr̄ice attendunt calefactioni ⁊ exiccationi ɔfortationi mr̄icis cū pessarijs suffumigijs ɔfectionibus ⁊ hͦ matrici ipsius ɔferētibus ex dictis ⁊ dicendis. ¶ Medicamē ad hͦ expertum. ℞. radicis enule cāpane trite ⁊ munde. ℓ. i. radic. brāce vrsine. ℓ. ʒ. sic rasē ⁊ trite que buliant in ℓ. vij. vini odoriferi albi sufficienter cum. ℓ. iij. lardi veteri triti. mr̄icane. M. i. deinde hec omnia colenſ ⁊ colatura ponaſ i olla noua ⁊ fac bulire ⁊ mitte turis albi masticis. aā. ℥. ʒ. cere noue. ℥. vj. ⁊ cū oia sunt liq̄facta depone ab igne ⁊ imitte puluerē huc ℞. cinamomi gallie gariofiloꝝ fustisellorꝝ nucismuscate macis galāge spice ʒinʒibis. aā. ʒ. iij. croci. ʒ. i. aggrega cuȝ spatula ⁊ fac coagulari: ⁊ tūc videbis q supernatabit vnctuosum ⁊ spēs residebunt ⁊ in medio erit vinuȝ. Post dē balneū dcm̄ quo balneet totum corpus inungat totuȝ corpus ⁊ ventrē cū spēbus ⁊ iduat se: deīde redeat ad balneū ⁊ se nō lauet: sȝ brachia ⁊ corpus inungat: ⁊ super pectinē ponat de spēbus dictis ⁊ nō coeat oi die: sed die q̄ intrabit balneū cū modis dcis supra in cuius exitu accipiat de trifera aut de rasura eboris: vt supra. ¶ Clariuȝ ad hͦ. ℞. sexacul albi mūdi ⁊ exiccati qd̄ prius stetit in aqua satirionis testiculoꝝ vulpis. ʒ. viij. radicis raphani. ʒ. iij. baucie. ʒ. ij. pucearū mundataꝝ ℥. i. phisticoꝝ. ℥. iiij. ḡnorū sisami. ℥. iij. ʒinʒibis been al. ⁊ ru. aā. ʒ. ij. nasturcij cinamomi: piperis longi. aā. ʒ. ʒ. ʒuccari. ℓ. ij. olei sisamini. ℥. ij. ¶ Pille solutiue contra sterilitatē ex cā frigida. ℞. xilobalsami carpobalsami ciamo. sileris mōtani assari masticis seminis anisi feniculi macis croci. aā. ℈. i. calami aromatici squinātī spice. aā. ℈. ʒ. mirabolanorū turbith. aā. ʒ. ij. ʒ. mirabolāorum citrinorum indoruȝ ⁊ emblicoꝝ belliricoꝝ. aā. ʒ. i. ʒ. aloes succo triti ad pondus oium fiant cū succo feniculi.

¶ Gentilis. Clarium ad ɔcipiēdū satis efficax. ℞. cinamomi cardamomi gariofilorū croci. aā. ℥. ʒ. ʒinʒiberis piperis lōgi galāge macis ciperi nucismuscate cimini: ligni aloes cassie lignee. aā. ʒ. ij. cubebaruȝ. ʒ. ij. ambre musci balsami. aā. ʒ. i. ʒuccari albissimi qd̄ suffic. dosis. ʒ. ij. qn̄ itur dormitum. ¶ Laudat pro solutiuo gētilis benedictā cum diafinicone. ¶ Cōfectio sua ad idē. ℞. gariofiloꝝ cinamomi galāge ʒinʒibis. xiloaloes. aā. ʒ. i. blactebiʒantie nucismuscate ʒedoarie doronici scīs ocimi ossis de corde cerui rasure eboris margaritaꝝ spice croci. aā. ℈. i. coralloꝝ ru. trocisci diarodō sandaloꝝ citrinoꝝ. ana. ʒ. ʒ. serici crudi. ℈. i. ambre. ℈. ʒ. musci ḡna. ij. ʒuchari qd̄ suffic. fiat cū aq̄ ros.

¶ Arnaldi de villa noua modus hͦ est. Digeraſ mā ⁊ euacueſ ⁊ matrix mundificeſ cum his que imponuntur in ea ex decoctionibus clisteriʒata aut cum suppositorijs: vt supra. Exemplū decoctionis in presenti: vt est. ℞. rubee maioris artemisie: sauine absinthij myrrhe etiam hmōi buliant. ⁊ de hac accipiantur. ℥. iiij. cum. ʒ. i. pulpe colloquintide ⁊ iniciantur. ¶ Facta mundificatione vtatur hͦ electuario. ℞. specieruȝ trifere magne sine opio nucismuscate specierum stomathicon conserue citrangulorū. aā. ℥. i. ligni aloes ambre. ana. ʒ. ij. cum pauco potu vini. dos. ʒ. ij. quo vtatur alternis diebus. ¶ Puluis ad idem optimus ℞. testiculi verri dextri desiccati in umbra ⁊ pulueriʒati limature eboris seminis sisileos matricis leporis ⁊ coaguli eius. aā. ℥. ʒ. fiat puluis quo vtatur mane ⁊ sero cuȝ brodio cicerum vel vino: ⁊ potest misceri puluis liquiritie vel ʒuchari. ¶ Et cuȝ fuerit vsa his pluribus diebus vtatur hͦ medicamine per modum qui scribeſ. ℞. ambre storacis calamite. ana. ℥. i. myrrhe masticis thuris gariofilorum ligni aloes cinamomi nucismuscate nucum cipressi. ana. ℥. ʒ. conficiantur cum oximelle diuretico ⁊ aqua rosa. ⁊ fiat massa vna. deinde illa diuidatur in quattuor partes ⁊ ex vna fiat pomum ambre ad odorandum: ⁊ de secunda fiāt pillule ad quantitatem ciceris: ⁊ quotidie trāsglutiat de mane tres: ⁊ ex tertia parte fiat pessarium: sed inungatur prius cuȝ balsamo: ⁊ ex quarta parte fiat tale magisteriū distemperetur in aqua calida: ⁊ cum vna canulla recipiat fumum vsq̄ ad matricem ita q sentiat calorem supra tēperamentum: deinde vadat dormituȝ ⁊ in matutinis coeat vt supra. in precedenti rubrica.

¶ Tadeus senex vir maxime scīe ⁊ totius medicīe lumē sic pcessit in cā frida ⁊ humida. ordinauit dietā calefaciētes corpus ex cibis ⁊ potibus ɔfectōibꝰ ⁊ clarijs: deide digessit deinde euacuauit: ordinauit balneum ex rebus: vt supra. ¶ Deinde purgauit mr̄icē ex tali mā cuȝ pessario purgāte: vt. ℞. castorei: agarici: colognitide: masticis. aā. bulīāt ī vino albo: deinde cum illo vino buliat mel ex quo dȝ fieri pessariū longū qd̄ ingrediaſ collū matricis. ¶ Sic auteȝ ppositū tribꝰ vicibꝰ fiat pessariū ɔfortatiui. ℞. gallaruȝ cipssi matricis cerue exiccate. aā. bulīāt in vino albo ad cōsumptionē medietatis: ⁊ de isto vino accipiaſ. lib. i. ʒ. ⁊ dissoluanſ in eo. ℥. ij. de trifera magna: deinde coleſ: ⁊ idē fiāt clisteria ad mr̄icē tribus diebꝰ: ⁊ hͦ post mundificationē: ⁊ ipsam decoctionē in matrice teneat quāto plus pōt. ¶ Et in q̄libet die post tale clistere fiat tale suffumigiū. ℞. myrrhe thuris: ligni aloes: storacis: calamite: cinamo. ana. ¶ Quo facto fiat tale suppositoriū in mr̄ice. ℞. coaguli leporis: stercoris eius: mellis. aā. teranſ ⁊ ɔficiantur: ⁊ formenſ pessaria in lana: qbꝰ vtaſ tribus diebus ⁊ tribꝰ noctibus: ⁊ bibat oi mane his diebꝰ seraturā eboris: ⁊ tūc cū suo viro coeat. a coitu tn̄ p̄ abstineat plurib' dieb'. Et qn̄ factā fuerit hec oia p ordinē vna vice abstineat ab oibus medicaminibus localibus que fiūt circa mr̄icē vsq̄ ad alium euētū mēstruoꝝ. Q; si nō ex his ipregnata fuerit fiāt illa medicamina sȝ modū p̄dcm̄: ⁊ sp sit stōus bn̄ dispositus. ¶ Et q̄ sic pticulariē scripta sunt videnſ cām fridā respiciere: ⁊ humidā. q si ex alijs fuerit causis modos dictos pportionalr obuia curādo cuȝ suis ɔrijs. ¶ Et in summa ex pte viri tria sunt pncipalr attēdēda p̄missis vlibꝰ. Primum rectificatio sui spermatis. Scdm̄ electio hore coeundi. Tertiū modus coeundi. de quo ad plenū in p̄cedēti capitulo ⁊ rubricis p̄cedentibus. ¶ Ex parte autē mulieris p̄mū semp p̄missis vlibus: euacuatio particularis a matrice si mā fuerit peccās: que est sm plurimū frigida ⁊ humida cum pessarijs ⁊ clisterijs mālibus. de qbus actū est: ⁊ hͦ bene ɔsidera si fīomia est sic cōueniens: vt q̄si omnes cōiē faciunt. Secundū debet esse alteratio ⁊ cōfortatio in balneis p̄mo. deinde suffumigijs: vnctionibus ⁊ hͦ. Tertiuȝ est hora electionis. Quartū modus coitus: vt de viro dictū est. ⁊ quidā etiā vt supra viros p̄parant ⁊ alterant cuȝ balneis: ɔfectionibꝰ: ⁊ hͦ. vt videbiſ expedire sm causē exigentiam. Et vltimo hic nota: q quādo talia semel fcā sūt debet medicus expectare ⁊ videre si impꝰgnata est aut nōe qm̄ horum ɔtinuatio si interim ipregnareſ nociua eēt et fortassis cā abortiue. ⁊ iō expectet aliam menstruorū purgationē que erit satis efficax signū impregnatiōis aut nō.

¶ Mulier quedā padue in nostra ciuitate mulieres impregnabat: ⁊ certe quīq̄ successit ⁊ non fuit extra rationem,

Purgabat mulieres p̄. deinde dabat sibi nouē diebus de h
puluere. ℞. nucis muscate rasure corticum mori rasure cor
ticum nucis floꝝ rozismarini ligni cipressi mundati ⁊ pul
uerizati. añ. ℥. iij. dosis est coclear. i. cū vino maluatico. aut
alio odorifero mane. postea dormiat. vel si cui placet cum
modis supradictis. ⁊ q2 de mundificatione actū est. nota q̄
cōis terminꝰ mūdificationis mēstruoꝝ ē dies octauꝰ. aliq̄
mundificāt in quatuor alique in sex. ⁊ sic de aliis terminis
⁊ ex isto interrogādo poteris cōprehendere si mulier hz ea
debite ⁊ in quantitate debita. ⁊ si sit h ex opilatione aut ha
bitudine aut egritudine aut alia cā. vñ hoc tibi dabit ma-
gnū introitū ad cās sterilitatis. ⁊ iō bñ ɔsidera q̄re ⁊c.

¶ De superimpregnatione ⁊ causis gemellorum. ⁊ mascu-
leitatis. Rubrica. xxv.



Quia dictum est tpe ipregnatiōis os
mrīcis ita claudi q̄ pūcta acus ingredi nō pōt. Quereret aliqs quō
igif fiet supimpregnatio. ¶ Dōm vt satisfaci
am rubrice q̄ vt experientia manifestat fit super
impregnatio. ⁊ lz os matricis claudaf. tñ delectatiōe noui
spermatis aperif ⁊ ipm deglutit vt stomachus q clausus ē
sup cibum delectatiōe adueniēte noui cibi aperif. Item vt
Aui. qbusdam rarissimis stat os matricis nō ita clausū. et
sunt ille q̄ supimpregnantur. ⁊ tales hñt fetuz primū debi-
lē ⁊ ēt secūdū. Et sic ēt rarissime fit supimpregnatio ⁊ mu-
lieres qbus hoc accidit. sunt q̄ corpa tenera habent. ⁊ sunt
multoꝝ piloꝝ multi sanguinis pp fortitudinē caliditatis
eaꝝ qua caliditate fortius aliis sperma ad se trahunt.

Causa gemelloꝝ cuz accidit vt spma in multa eijciaf
quātitate. ⁊ in duabus cellulis mrīcis diuidaf
fit duoꝝ embrionū gñatio q gemelli dicti sunt q̄ si in plu-
ribus sepaf ptibus plures inde fiūt. Unde ɔciliator noster di
xit in villa sua de abano sex embrōes ab vna muliere emis-
sos: quoꝝ qlibet motū hēbat. res qppe stupēda multum.

Cause De causis aūt masculeitatis. tñ ꝓ nunc dicaf
q̄ vna ex cāis gñationis masculi est. ¶ Primo
caliditas spermatis q2 a viro calide ɔplonis decidif vt ē sā
guineus colericus. ¶ Scōo q̄ntitas eius q2 multe est quā-
titatis. nam maior quantitas eius requirif pro masculi ge
neratione q̄ꝫ ꝓ femelle: qñ maior ē masculus in creatura.
¶ Tertio requirif mūdificatio mulieris a menstruis qm̄
sic ip̄sum spma remanet magis puꝝ ne ab eis aliquo mō
inficiaf aut alteref. ⁊ maxime qñ menstrua sūt aquosa vel
ad frigidum declinantia etiam ex parte ɔplonis mulieris.
¶ Quarto q̄ a dextro descendat testiculo ⁊ q̄ ē calidior
sinistro. Itē sperma ab eo veniēs ē spissius siue solidiꝰ ⁊ me
lius digestū. ⁊ iō pastores cū volūt ex vaccis aut pecudibus
masculos fieri ligāt testiculū sinistrū tauro vł arieti. ¶ 5° q̄
in dextrū latꝰ mrīcis cadat spma ipm. ⁊ hoc est documen-
tum antiquū qd̄ matrone dāt filiabus suis vt statim pᵒ coi
tum se ad dormiendū ponāt super latus dextrū: ⁊ hoc qm̄
locus ille calidior est. ⁊ certe qdam nobilis venetus mihi
cōpater dixit mihi in fide sua plures habuisse femellas ⁊ a
quadam muliercula datum est h documentuz sibi ⁊ semp
faciebat. deinde eius vxorē stare sup latus dextrum quāto
plus poterat tempore coitus. deinde in totū stabat mulier
⁊ super ipm dormiebat. ⁊ q̄ de cetero faciebat pur mascu-
los: ⁊ ego vidi eos. ¶ Sexto ⁊ est cā huiꝰ masculeitatis di-
spositio spermatis mulieris. vt cum ipsum ē calidū ⁊ nō fri
gidū extinguens caliditatē virilis. Itē q2 mulier est com-
plexionis calide. ¶ Septimo adiuuat regio ad hoc tēpus
⁊ ventus septētrionalis. ⁊ hoc nō est infrigidādo q2 sic ect
cā femellaꝝ. sed calefaciēdo p antiperistesiz corpora ⁊ mē
bra pncipalia a qbus pro tūc spma decidaf calidius. iuxta
illud femus vērᵒ vē ⁊ hy. me. ⁊ iō videmus alemanos plus
masculinare ⁊ orientales plus feminiçare: ⁊ similr meridio
nales vt ventus austrinus cā est femellaꝝ. ⁊ ideo ipso flante
non debent coire volentes masculos. ¶ Octauo adiuuat
etas vt illa que est in fine pueritie. ⁊ illa q̄ est absq3 senectu
te aliqua. illa enim calidior est. ¶ Et ex his inferendum q̄
vbi a dextro viri cadat sperma i sinistrū mrīcis q̄ si genera
bitur femina erit masculina. q̄ si a sinistro in dextrum mu
lieris erit masculus efeminatus. Et ideo inferas q̄ signum
sumptū a ɔtinentia fetus in dextro aut sinistro nō ē efficax
signū sup masculū aut feminā. Sed ego vt in pluribus in
ueni veꝝ iuxta illud ipo. mares in dextris femie in sinistri.
¶ Et hic nota duo signa ad comprehendendum sperma
magis cadere a dextro q̄ꝫ a sinistro. Primū est magnitudo
testiculi dextri maior ea que sinistri nō excedendo q̄ntitatē
debitā. nā arguif q̄ ē calidior ⁊ pluris seminis cōtentiuus.
¶ Scōm sumif a ɔplone. nam sanguineis plus abundat
in sēie ⁊ sanguis gñaf epe. ⁊ epar est in latere dextro ex q̄ ar
guif q̄ testiculus dexter erit calidior ⁊ cum maiori q̄ntita-
te spmatis. ¶ Et dixit Aui. vnū cuiꝰ rō psuaderi pōt ⁊ nō
demōstratiue. ⁊ iō dixit. Dixerūt qdā q̄ tps gñandi mascu
luz est post mēstruationē ad diē 5ᵐ. Et a qnto vsq3 ad 8ᵐ ē
tps gñandi femellā. Ab 8° vsq3 ad. xi. est tps adhuc mascu
loꝝ gñatiuū. Ab. xi. ū. est tps ꝓportionatū gñationi her-
mofrodite. ¶ Cā primi est: q2 eo tpe est matrix magis mū-
da: ⁊ mēstruū qd̄ fit in eo tpe magis puꝝ ⁊ pfectū. ⁊ iō ma
sculinatiuū. Cū aūt ptrāsif ille terminus vsq3 ad octauuz
nō est ita pfectū. Cū aūt dr̄ ab octauo vsq3 ad vndecimuz
expone indifferēter vtriusq3 gñatiuum: q2 nō vr̄ quō litera
saluari possit ſm corticē: sed noiauit masculinū ɔphendēs
sub se femininū tāq3 impfectū. Cā aūt tertij pp maiorē elō
gationē a me nō bñ intelligif. sufficiant hec posituṡ.

Signa demrātiua de ipsis in spāli pnceps noster qua
si nihil: ⁊ que ab ea scripta sunt h reponā: sz ex
timo q̄ i pmis mēsibus pōt discerni ɔceptio gemelloꝝ ma
le: sed qñ moueri incipiunt poterit aliqua haberi notitia ō
ipsis p motū in diuersis locis ab ipsis in eodē instāti factū.
Aui. vero solum signa de eis ponit p ea q̄ in primo videnf
fetu: ita q̄ qñ fetus primus egredif dz obstetrix a te medi-
co diligenter informata videre. ⁊ cōsiderare si in vmbilico
continuato cum matrice ⁊ situ fuerit ruga vna: vel nodꝰ:
q̄ si nō vnus tm̄ fetꝰ q̄ si erit ruga vel nodus: tūc p̄gnatio
erit ſm numeꝝ rugaꝝ: ⁊ medicus dz diligenter interroga-
re obstetricē. ¶ Itē post pmum ptum debent remanere si-
gna impregnatiōis: matrice ex pte vētris vt q2 debet adhuc
magnus remanere. ¶ Itez ⁊ ante debuit esse maior q̄ꝫ cōi-
ter ɔsueuit esse tpe ipregnationis. ¶ Item ⁊ matrix debuit
claudi post exitū pmi fetus. ⁊ ideo post paucos dies dz ob-
stetrix ingrere: maxime qñ est suspitio: ⁊ medicus reuolue-
re signa de impregnatione superius posita.

Signa demrātiua masculeitatis. bonitas coloris mu
lieris: paruū paucitas: paruitas coitus nālis ⁊
desiderio nāli: q̄ꝫuis desiderium fricationis loci sit magnū
ex multiplicatione colere ⁊ superfluitatū in loco que incidūt
pruritū. Et inflatio papille mamille dextre: ⁊ magnitudo
papille trahens ad rubedinē. Et aductus sanguis ad fora
mina naris dextre. Et leuitas motuum ⁊ corpis totiꝰ: ⁊ in-
flatio vētris circa latus dextrū magis: ⁊ spālr cū grauedie
⁊ maxime qñ trahit ad actū. ⁊ est forte signuz. Et eleuatio
vētris supra os stōi: ⁊ supra vmbilicū: ⁊ q2 mulier p̄ pcipit
motum fetus in dextro: imo ſm plimum: ⁊ lac p̄ in mamil-
la dextra inuenif: ⁊ lac eius est grossum: nō tenue aquosuz
vnde si ꝓijcif super vitrum stat ⁊ nō fluit: ⁊ cū manibꝰ tan-
gitur sentitur ventositas notabilis: ⁊ pulsus dexter est fre-
quētior ⁊ magis plenus. Et cum vult se mouere prius pōit
pedem dextrum: ⁊ est signum a mulieribus notatū ⁊ exp-
tum: ⁊ quando erigitur sustentatur super manum dextrā.
Et ocls dexter est leuioris motꝰ: ⁊ post mēses tres paꝝ sen-

tit mulier motū fetus. femelle aūt post 4^m. et qdā supposita aristologia. vt de impgnatiōe dcm̄ est si dulcescit in ore masculus. si amarçabit femina et hic est locus ↄsiderationis.

Signa demr̄atiua femelle sunt ↄ̄tra dictis. Ut ꝙ pus inflat̄ mamilla sinistra sentit̄ in latere sinistro prius. sanguis prius ex nare sinistra. pigritia in motu et pᵘ mouet sinistrū: et sic de alijs discurrēdo p ↄ̄trium qꝛ venter circa coxas et nō ad superiora ↄuertitur. Pregnās ex femina est deterioris et prauioris appetiᵘ mali coloris pānosa. Itēꝫ qñqꝫ vident̄ pedes et coxe et fiunt ex eis opposita. et habens feminā minus abhorret coitū q̄ꝫ hn̄s masculū. et venter habētis feminā est oblōgus et c̄. ↄsidera.

¶ De agendis vt masculus gn̄et̄. Re^{ca}. xxvj.



Primo oꝫ ordinare dietā. nā cū aliqñ homines sunt nimis calidi et sicci. ita vt spūs resoluāt̄ et ↄsumāt̄ hūiditas spmatica et mēstrualis. vñ femella generet̄: quare i eo casu dieta dꝫ declinare ad fridū et humidū. vt dcm̄ est de causis sterilitatis. Aliqñ tñ qꝛ sm̄ plurimum cā est friditas. iō et Aui. de hac principaliter curās tanq̄ꝫ d ea q̄ accidit quasi sp dixit ꝙ ordinet̄ dieta ex cibis et potibᵘ calidis aromaticis boni sanguinis gn̄atiuis. et ↄ̄fir spermatis calidi. Silr̄ ex pte aliaꝝ rerum nōnālīū. Item ↄfectionibus calidis vt est metridatum cum vino diamargariton diambra et hꝰ. Item ex pte alioꝝ medicamtū: vt sunt suffumigia clisteria balnea suppositoria vnctiones et hmōi. ¶ Scdo ꝙ nō oīno dimittat coitū sed ad tp̄s. vt supra i pcedenti rubrica. Hec aūt expectatio diuersificat̄ sm̄ diuersitatem etatum hitudinis ↄplonis regiminis: et alioꝝ taliū discretione medici. et abstineat ab vsu aque: et ceterorum habentium infrigidare sperma. ¶ Tertium ꝙ camere stratᵘ idest locus in q̄ ↄiungūt̄ sit aromaticus. aromatiçatᵘ. s. cū aromatibus calidis musco. s. xiloaloes trocisci de galia muscata osseletis de cipro et hꝰ aromaticis. de quibus. xj. capi. de corde. Itē si poīe est sit amentas pulcher pictus pulchris figuris masculinis vt in mentibus eoꝝ sint tales imagines et si cupiunt pulchros: et fortes de pulchris et fortibus imaginent̄: et ex isto trahi pōt cā: qꝛ bastardi plus assimilantur his qui non sunt patres veri: sed putatiui. nam mulieres cū sic fallunt dubitantes de viris suis eos semper mēti habēt cū sunt in tali actu. et iō. ¶ 4^m ꝙ ad eū coitum veniāt leto aio. et iō q timēt impgnare vxores vtplm̄ feminā concipiūt ¶ 5^m sumptū ex q̄dragesimonono q̄rte debet mulier declinare in actu coitus ad latᵘ dextrū et imediate post coitū reseruatis ↄditionibus. s̄. de ipregnatione se. s̄. latus dextrum ↄplete vertere in eoqꝫ situ sic manere p horā ad miñᵘ. et vltra vt libebit: et quāto plus tanto melius: et conari dormire sup eodē et est res expta. ↄsidera. ¶ Postremo addendum iudico vt addā q̄ faciunt ad notitiā eius q est masculoꝝ gn̄atiuus ēt ex pte mulieris. Uñ primo ex pte viri ē masculoꝝ gn̄atiuus vir ille q est fortis corpis eq̄lis carnis in duritie et mollitie. Multi spmatis gn̄atiui grossi et cali. Maioꝝ testiculoꝝ amplaꝝ venaꝝ. fortis desiderij quē si debilitat coytus et ex cuius dextro eīcit̄ sperma. Et cū adolescēs incipit coyre et sentit pus inflari dexter testiculus tunc est masculinatiuus ecōuerso feminatiuus. itē si cito semen emittit signū ꝙ est calīn. Mulieres aūt masculinātes st̄ q̄ sunt boni coloris et forme q̄ nō sūt grauis corpis neqꝫ mollis. Et sunt mēstruoꝝ nō fluidoꝝ neqꝫ adustoꝝ valde q̄ꝝ os matricis ē ex directo vulue. vt statim igredi semē possit ad locū debitum q̄ bñ digerit. Uenaꝝ manifestaꝝ et boni sensus et motus nō hñtes assiduam vētris solōnē: neqꝫ eiᵘ ↄtinuam ↄstrictionē. Quaꝝ oculi declināt ad fuscedines absqꝫ albedie. qꝛ nō debēt eē citrini neqꝫ discolorati. ¶ Et nota hꝫ qꝛ ponit̄ de oculis pp magnā colligātiā eorum cuꝫ mr̄ice et mēbris genitalibus. et iō dr̄ cōiter tantum coibis ꝙ oculos perdes. Et ille qbus mēstrua velocius recedunt ditgniores sūt vt masculos pariāt. et iuuencule sunt ēt ad hoc magis parate. qꝛ calidiores ēt qꝛ paucam hn̄t adipē et hūiditates aptas obtundere calorē. q̄ et c̄. et hec satis.

¶ De mola matricis. Rtica. xxvij.



Mola in presentiaꝝ sic distinguatur: qm̄ alia est ꝓpria: alia nō ꝓpa. siue distinguatur in veram et nō verā. ¶ Propria siue vera dr̄ quando in matrice generatur carnis frustū. In ꝓpria vero siue nō vera est qñqꝫ generat̄ in radice ventositas humor vel aliud. ¶ Et dicit̄ mola siue arabice siue grece a mollia qd̄ idē est quod multe carnis pturitio. et latine dicatur mola. i. impregnatio mēdosa. ¶ Est itaqꝫ mola impregnatio mendosa a ventositate humore. vel carnis frusto causata. in qua vere ipregnationis signa manifeste apparent. vt sunt mutatio coloris. casus appetitus retentio mēstruorum. clausio oris matricis inflatio mamillaruꝫ generatio lactis in eis: et qñqꝫ accidit in eis apostematio tumor ventris in dies cresens ad quantitatem embrionis. Item vt idropicis sed non resonat vt in timpanite. qꝛ ventositas clausa est ad intra in matrice. et hꝫ dico propter eam que est ex ventositate. item sentitur motᵘ vt embrionis: et remanet sic mulier vsqꝫ ad tempus partus et tunc accidunt dolores: angustie et hꝰ. et tamen non perit. ¶ Et qñqꝫ extendit̄ ad annos quinqꝫ: vt vidi in dn̄a fantina de mōtebellone. Aliqñ durat vsqꝫ ad finē vite sue: q̄ tñ vita pur aliqualiter abbreuiat̄ ex ea. et lꝫ in quibusdā non multū que sunt fortes et robuste ex ea non multū lese: et sic non recipit curā. ¶ Itē accidit vt aliqñ pariāt frustum carneum indeterminate figure: aliqñ vētositatē: aliqñ humiditates aquosas aggregatas cum sanguine plimo: et tunc venter detumescit: et cum hac dispositiōe est aliqñ durities quedam: qñqꝫ in tota matrice: maxime quando est carnosa. ¶ Ex qbᵘ apparet marie ex descriptione iā posita q̄ sūt ipsius mole cause continete. ¶ De mō gn̄ationis eius sic dicatur ꝙ accidit aliqñ ꝙ mulier in somnis sperma emittit et in matrice retinet̄. vñ ꝓ tunc calitate vehemēti mr̄icis trahitur: et siccitate que sit ipsa ad eas q̄litates matrix lapsa sic trahunt̄ menstrua ad eundem locū: et cōmiscent̄ cū spmate ipso et virtute caliditatis iam dicte coagulant̄. vñ tunc frustū illud carneum fit cui inest quedam forma: sed nō dearticulata. et hec est snīa Aui. 10. de animalibus. c. de mola. ¶ Itē ↄtingit ipsum frustum gn̄ari etiam post coitū mulieris cum viro. vñ mulier emittit semē: vt dcm̄ est. et mēstruū a nā vel caliditate matricis peruenit ad eū locuꝫ: et semen viri lubricat extra matricē. et ab ea nō retinet̄: et tē generatur quemadmodū fit in ouis que fiunt absqꝫ semine galli dicta oua venti. ¶ Item pōt idem contingere etiā retento spermate viri: sed qꝛ sperma viri fuit inefficax et iperfectū: aut ex se: aut ex tēpore: qꝛ nō simul incidit in matricē: nec simul fuit ↄphensio sicut est necessariū per cōceptionē: vt supra. ¶ Uñ in sūma excessiua caliditas et siccitas matricis deficiente virtute informatiua que est in semine viri est causa ipsius frusti positiua: et aliquando ē frustū ipsum sic durum vt ferro non leuiter diuidat̄: et maxie quādo caliditas est valde fortis: sicut accidit in argilla igne petrificata. ¶ Et hic aduerte qd̄dā veꝝ mulieribus nostris impossibile apparēs: sed certe ita est. et qñqꝫ i nostra euenit ciuitate. et mater nostra vidit: a qua habui: et sunt dn̄a fide digna. mulieribus meridionalibᵘ et australis regiōis: et mulieribus multi et praui sanguinis ex malitia regiminis accidit qñqꝫ vt vltra ↄceptū veꝝ pariāt qd̄dā frustū carneum secū portās formā aial' viuēs: qd̄ dn̄e ferā appellāt. et cā hꝰ nō fuit vtus spmatis pmi ipsius viri: qꝛ ex eo iā ↄceptᵘ ē fetus. sed error secūdi in secūdo coitu emissi: cuius error ꝓcedit ab influētia ↄstellationis seruitutis celestis: vt. 18. aialiū

Aristoteles. ¶ Un in quibusdā ptib⁹ apulie vt vidit ēt pr̄ nr̄ cōiter mulieres sic ꝑgnātes parnūt cū fetu ferā: qꝛ bubonē ꝫ ancipitrem aqlā lacertā ⁊ h̄ꝯ. ⁊ asserūt ille mulieres ꝙ qñ cum illo fetu oritur bestia seu fera nobilis vt acipiter ⁊ h̄ꝯ. ꝙ tunc fetus ille ex nobili viro concept⁹ fuit. Q̄ si fera fuerit rustica. vt bubo lacerta ⁊ h̄ꝯ. ex rustico ⁊ vili hoīe fetus ē ⁊ hec fera qñq; fetū pimit. Et dr̄ ꝙ tāta ē ꝓpetas ꝙ si cadens in terram hora pr⁹ mordeat eum statim morit̄ fetus. ¶ Hec sunt vā lꝫ nō appeāt: qm̄ talia h̄ videre nō sum⁹ consueti. ⁊ sic ī intellis ⁊ alij ōmes gñant. ita pōt ⁊ ī mr̄ice aīalia gñari marie exñte ibi mā apta. ¶ Itē accidit vt tēta mā sit sanguinea. aut alia sic ī mr̄ice aggregata ꝑ multitudine sui caliditatis mr̄icis nō sit sufficiens cōdensare: sed nā cooperante dissoluit. ⁊ in aquositatem ꝯuertit aut vētū: ita ꝙ illud qδ egredit̄ est sic̄ aquositas sanguini mixta. aut vēt⁹ vt auerroys. ¶ Et qꝛ multi ac peritissimo famosissimi doctores decipiunt̄ ⁊ decepti sunt in ꝯphēdendo an sit mola: an vā ipregnatio vt meo tpe accidit papie i bono marsilio. ⁊ petro de tussignāo maximo practico hinc subiūgā signa inter has dispōnes distinctiua. vt melius scauero ne deo illuminante in hunc incidamus errorem.

Signa demfatiua. Et signoꝝ hoꝝ q̄dā sūt distinguētia inter ipregnationē ⁊ molā. Queda iter eā ⁊ idropē. Queda iter spēs mole. ¶ Differt mola ab ipgnatione his signis. nā ī mola nō ē mot⁹ sic̄ ī impgnatiōe. idest muliere ipregnata: qm̄ impgnāte ē motus viui tremulus. ⁊ sic sentit̄ sub manu tremulāda q̄dā ⁊ nō est mot⁹ infantis Almanſ. 9° sed ē mot⁹ rei mortue ⁊ ē vir⁹ fetus ⁊ nō mouet̄ nisi hora q̄dā. ⁊ viuū plibus mouet̄ horis ⁊ plibus ⁊ diuersis motib⁹. mortuū aūt vno motu. ¶ Itē viuū nō mouet̄ añ tres mēses frustū aūt añ. ¶ Itē mouet̄ viuū de loco ad locū absq; ꝯpressione ⁊ frustū cū ꝯpmit̄ mouet̄. ⁊ nō sine ꝯpressione in multis. ¶ Itē cū fit ꝯpressio mortuū mouet̄ ⁊ sic motū stat. sed si viuū mouet̄ p ꝯpressionē factā ei: deīde mouet̄ ex se motu viui tremulo. ¶ Itē ē aliud signū qꝛ motus mole pertransit horā motus ēbrionis. Est qppe motus embrionis in 6° 7° fortior motu mole itē in 7° ī pgnante sentit̄ mot⁹ maior q̄ in p̄cedentib⁹: nō sic ī mola. ¶ Itē si mulier iacet sup lat⁹ sinistrū. ⁊ leniter moueat̄ ad dextꝝ sentit frustū moueri ad dextrū. ⁊ ecōuerso. non sic de fetu. ¶ Itē durities in mola vehemētior ē duritie vere ꝑgnātis pp fortē calitatē coagulātē ⁊ indurātē. ¶ Itē sentit̄ in mola dolor silis colice apari mr̄icis pp ꝯstrictionē orbi. ¶ Itē sunt pedes ⁊ manus molles cuꝫ minoratione in molaticar qm̄ nocumētū mr̄icis cōicat̄ epati. ⁊ tū epar sanguinē adustum ⁊ malū gñat ⁊ ad extremitatē expellit. hic ⁊c̄. ¶ Item ⁊ ad faciē aliqñ sic̄ ī posarca. ¶ Itē dispō ꝑgnātis ē melior q̄ patientis molam: qm̄ mola est p̄ter nām. ipregnatio v̄o nālis: ⁊ iō plus multo distēpata ē mulier ⁊ debilior. ¶ Itē vēter paulatie ⁊ ordinate crescit in ipregnatione. ī mola v̄o inordinate. ¶ Itē ⁊ venter molatice vtplm̄ ad maiorē tūorē venit. ¶ Itē ipregnatio fit cōiter p̄cedēte ordinata retētione mēstruoꝝ. ī mola āt p̄cedūt cōiter inordinate. ¶ Itē cōiter os mr̄icis marie qñ mola ē ex hūiditatibus est humidū ⁊ in ꝑgnante siccū. ¶ De efficacissimis signis ē. vt pōīt Gal. 5° afo. ꝯmē. 51. in pn̄° impositio digitoꝝ obstetricis ī vuluā. Q̄ si sentit viā clausam signū est impgnationis. vt Aui. de signis ipregnatiōis. Et igt Gal. allegato loco magnū signū ⁊ certū ē ad intelligēdū si femine ꝯceperūt afo. Quecūq; in vtero hn̄t his claudit̄ os matricis.

Signa distiguētia. Inter idropē ⁊ molā sl. Qm̄ ī mola ī pn̄° vsq; ad tpꝰ vēter ē durior. Cū āt mā ī ventū cōuertit̄ aut in aquositatem minorat̄ durities. Item vt dcm̄ est venter non resonat vt in timpanite.

Signa distiguētia. Inter spēs eius. Qm̄ durities est maior in ea que ē ex frusto. ⁊ grauedo maior. secūdo in ea que ex humore est. minor aūt grauedo ⁊ maior tumor in ea que est ex ventositate ⁊ reliqua signa ventositatis. sis itaq; attentus ne decipiaris.

Cura Canōes. Ordinatio diete. Digō. Euatio māie. Cōplexionis matricis remotio. Nā manente cā faciente discrasiam impoīe est dispōnem aliquā finaliter curare. Vñ nota ꝙ remouendo cām oꝫ medicū p̄mo laborare ⁊ dietā. ⁊ alios canones dirigere in eius remotiōeꝫ cum suis cōtrarijs. ¶ Q̄ si cā erit caliditas ⁊ siccitas matricis nō videt̄ ꝙ aliquid prohibeat. ꝙ regimē non tēdat ad frigidum ⁊ hūidum. ⁊ hoc dico qm̄ Aui. ⁊ oēs auctores statum in remouēdo eā currūt ad res calidas. ex parte eoꝝ que assumunt̄ per superius ⁊ per inferius. vt sunt ꝯfectiones electuaria balnea suffumigia ⁊ h̄ꝯ. vt statim. h̄ volui te auisare vt studeas qm̄ nō sum sic ausus statiꝫ auctoribus ꝯtradicere. ¶ Verū ordināt ex pte diete Aui. ⁊ alij. dimissionē exercitij: ⁊ dormire resupine tenere crura eleuata. ⁊ hoc ne mā descendat. ¶ Item ordinat pro scd̄o vt ꝑparet̄ materia ad exitū cū mollificatiuis. vt dixit de a p̄ātibus duris. Idē cum embrocis balneis ⁊ h̄ꝯ. ¶ Et pro tertio euāt cū flōmia vomitu solutione vētris. vt cū pillulis fetidis ⁊ h̄ꝯ. Itē cū prouocātibus mēstrua ⁊ faciētib⁹ abortire: ⁊ dicit ꝙ oleū alchechēgi est mirabile in hoc.

¶ Ut spāliꝰ loq̄r. Ordināt dietā cū reb⁹ calis ex pte cibi et pot⁹. Et laudat̄ cū cibis ius puluis mēthe: calamenti: origani: rute. Itē laudat̄ brodiū cicer: fasealoꝝ: porroꝝ: et caulū: ⁊ filiū ꝓuocātū ⁊ h̄ꝯ. ¶ Nota quō ista ꝯducūt dicendo mām ampliorē ad locū ꝯsidera. ¶ Vino vtat̄ potēti carnib⁹ anatinis cū spēbus piperata sinapi. ⁊ h̄ꝯ calidis exiccatiuis ⁊ prouocatiuis. ¶ De exercitio ⁊ somno dcm̄ est. Euitet indigestibilia ⁊ vētositatem generantia.

¶ Pro scd̄o applicent̄ vētri marie qñ ē ex fluxu mollificantia ex pte balnei: vt ex decoctiōe maluaꝝ: violaꝝ: seminis lini: maluauisc: fenug. camomille. ¶ Itē ex pte emplorū ex his ⁊ silib⁹ factoꝝ cū pinguidinib⁹: vt ē pinguedo anseris: anatis bdelio amomaco ⁊ h̄ꝯ. oleo de spica: de lilijs ⁊c̄. ¶ Itē suppositoꝝ ex radice maluauisci. ¶ Iteꝫ iniectiōes mollificatiue: vt de a p̄atib⁹ duris mr̄icis epis ⁊ splenis. s. dcm̄ ē. ⁊ tu ibi. ¶ Itē dēt sy. apituū. ō gb⁹. 4. tract. ⁊ valet iste. R̄ artemisie: sauine vtriusq; calamēti: betōice. añ. p. ij. anisi maratri: sqnāti: spice nardi: spi. celtice: cipi: calami aro. añ. p. i. aceti tm̄ vt fiat leniter ⁊ qsi isensibilr acetositas: ⁊ cū melle fac sy. positus ē: qꝛ efficax ī gratia xp̄i.

¶ Pro tertio etiā ⁊ fac flōmiam siuē expedire ⁊ cetera ꝯferūt. ⁊ laudauit Placētinus marie in frusto ꝙ flōia sepe reiterata: ꝯfert ꝙ mēstrua prouocādo iuuat ad curatiōeꝫ ei⁹: ita ꝙ eius spēs ī cura est prouocatio mēstruoꝝ. Quō aūt ꝓuocant̄ habuisti. s. ꝓpa rubrica. ¶ Euō cū pillulis fetidis ⁊ alijs solutiuis respiciētib⁹ mām in matrice ꝯtētaꝫ fiat. ⁊ iteret̄ vt decebit. Itē laudat̄ vomitus. Itē fiāt iniectiones in matricem euacuātes in precedenti rubrica.

¶ Pro vltimo vero fiant balnea ex reb⁹ mālibus dictis remouentib⁹ malā ꝯplōnē eius: ⁊ vt dixi auctores ordinant suffumigia ex rebus calis suppositoria cala iniectiōes calidas: balnea calida: vnctiones ad intra ex oleo de costo: de spica: de lilijs ⁊ h̄ꝯ. ⁊ qdam imponūt puluerē euforbij: castorei: ⁊ hoꝝ caloꝝ cum his. Et inungant̄ femoralia ⁊ loca circūstātia: ⁊ os vulue semel ī die ad mīn⁹. ¶ Credo tenēdū ꝙ mala ꝯplō ei⁹ cala remoueri hēat cū regimie ifrigidatiuo diureticis fridis emplis: balneis fridis ⁊ hu. nasalibus frigidis: vnctionibus frigidis: oleis frigidis. ⁊ tu bene ꝯsidera. Unde multum notaui verbum Aui. in cura eius in fine capituli. cū dixit. ⁊ oleum alchechengi est vehemētis iuuamēti in hoc. ⁊ ipsuꝫ est frigidū. ideo bn̄ ꝯsidera. ¶ Et si p ista remedia incipiet egredi: aut aliqd sanguinis vel carnis aut ventositatis. ita ꝙ venter detumescat ipos

erit cure. si nō dubitandū ē d' eī⁹ difficultate aut ipotētate.
¶ Item dubitādum ne māe raptū hēant ad supioꝛa vt ad
epar ⁊ splenē. Et ex ɔsūti efficiat̃ mulier idropica. vñ si non
curat̃ ad idropē mulierē ducit: ⁊ sic interimit ⁊ vr̄ placētu
no h necūum. ¶ Sꝫ ɔ eū nō dbū Aui. de q̄. ē. ⁊ q̄ñqꝫ ꝑten
dit̃ vſqꝫ ad finē vite. ¶ Postremo scias ꝙ q2 passio difficil̃
⁊ cronica oꝫ iterare curā: qm̄ in vna vel duab⁹ curationib⁹
curari nō pōt. ⁊ h si ē possib eius iteratio q2 patiens tolerec̃.
¶ Et scito ꝙ si in trib⁹ curationib⁹ vel circa passio ip̄a nō
remouet̃ estimādū est alteꝝ ipoꝝ: aut ꝙ medic⁹ nō cogno
scit cām ⁊ nō ꝑcedit directe. aut ꝙ cura ē ipossib. ¶ Quid
aūt agēdū sit cū cā ē vētositas ex dictis pꝫ. ⁊ ex his q̄ dicta
sunt. ē. de vētositate mr̄icis ⁊ de ist. mōe eī⁹. ⁊ tu ibi. ¶ Pes
sarū educēs molā. ℞. olei al. oppoponaci. añ. ʒ. ij. fellis tau
ri. ʒ. i. puluerizent̃ fiat suppositoꝛium ē efficax. ¶ Itē valēt
que ꝑuocant fetū mortuū ⁊ aboꝛsum faciūt. vt. ē. ⁊ infra.
⁊ si vis foꝛtificare appone electuariū m.

¶ De regimie p̄gnātiū ⁊ eaꝝ appetitu. Rubrica. xxviij.

Tam certificatū erit mulierē esse p̄gnātē oꝫ ɔ̄sr
medicū studere eī⁹ regimini ex pte sex rerū nō
nālium. ¶ Debēt itaqꝫ earum cibi esse panis
mundus a furfure. caueāt. n. a furfure qm̄ ab
stergit. ⁊ oē tale est eis nociuū nisi cū eo esset stipticitas sic
in galeniabin. Itē a feniculo ⁊ oī tali ꝑuocatiuo. Itē bro
dia sint piguia ex carnibus laudatis. i. tpatis ⁊ ꝑpinquis
tēperamēto vt ꝑdicis fasiani caponis edi galline ⁊ hꝫ. de
qb⁹ supra. 3⁹ tracta. ⁊ h pp stipticitatē vētris eaꝝ. Et h itel
lige nisi in eis fuerit casus appetitus q̄ casu pinguia nō ɔfe
rūt vt infra. Itē ɔferūt ptisana ordei siue iuscula saltem in
primis diebus sue ɔceptionis. q2 facilis sūt digōnis. ¶ Et
breuiter cibaria eaꝝ debēt eē facilis digōnis: qm̄ magna
ps sui caloris ad fetū ɔuertit̃. ⁊ oꝫ partire eī⁹ nutrimentū.
ita ꝙ in vice vna nō accipiat multū de eo s3 paꝝ pp absen
tiam caloris. Et nō ꝙ ex bono nutrimēto bon⁹ inde fet⁹ ⁊
bonoꝝ moꝝ nascit̃ nisi prauitate mēstruoꝝ impediatur.
¶ Oua sorbilia sunt h casu ɔuenientissima. ¶ Et euitet
fasolos cicera apiū feniculū ⁊ oīa talia q̄ sunt mēstruoꝝ
ꝑuocātia. de qb⁹ supra sua rubrica. p q̄ discurras tu ⁊ ma
xime i multa q̄ntitate. ꝙ si de eis pauca q̄ntitas ponet̃ vt eēt
sic ductoꝛ aliaꝝ reꝝ ⁊ nutrimēti ad mr̄icē eo cāu ɔuenirēt
alr non. ¶ Uinum sit odoꝛiferum subtile ⁊ vetus stiptici
tate aliq̄li pticipans. ꝙ si fuerit pauce ingredis erit ypo.
plus placēs. est. n. sic stōi ɔfortatiuū ⁊ spūs ⁊ caloris gn̄ati
uum. ꝙ si opoꝛtebit limphare sit aq̄ ferrata paꝝ aut plus
vt videbit̃ expedire. ¶ Euitet acuta ⁊ amara vt cappares
oliue immature ɔdite acetū. ⁊ oīa que sunt apta ꝑuocare
tussim sinapi ⁊ q̄ mouēt sternutationē ⁊ hꝫ. ¶ Item euitēt
vētosa ⁊ oīa q̄ apta sūt aboꝛsum facere. de qb⁹ infra sua ru
brica ad plenū. ⁊ tu ibi. ¶ In mēsa 2⁹ pōt vti citoniis piris
passulis granatis nucib⁹ ⁊ pomis muzis: q2 mediǰ saporis
inter dulcē ⁊ acetosum. stiptica. n. sunt ⁊c̄. Et nota ꝙ q2 ex
his vētosa aliq̄ si decoq̄nt̃ bñ. ¶ Sōn⁹ ⁊ vigilie debēt esse
moderati. sed tn̄ voluit raſ ꝙ somn⁹ sup vigiliā oꝫ augeri
¶ Deuitēt motū supfluū ⁊ saltū. ⁊ ꝑcussionem. ⁊ casum ⁊
coytum saltē in p̄mis mēsib⁹ duob⁹. ⁊ oē qd̄ ē aptū ꝑuoca
re aboꝛsuꝫ vt ifra. vñ Gal. q̄dā p̄gnās coꝛrizauit p⁹ ɔceptio
nē p paucos dies q2 i 5⁹ die. ⁊ emisit sic albumē oui ⁊ aboꝛ
sa est. Exercitium ⁊ temperatum ⁊ suaue ɔfert eis: imo i eo
sunt occupāde. ¶ Euitet balneū nisi foret necūi apud ptū
de q̄ infra. Uñ Aui. Balneū. n. ē eis execrabile nisi ꝓp ne
cessitatem. ⁊ ideo bestiales sunt mulieres nr̄e q̄ cū ipregna
te sūt faciūt eis balneū. aut ad termas vadūt. ¶ Nullo⁹ re
pleant̃. sed diuidat̃ cibus vt supra vētrē sibi teneāt lenem
cū eis q̄ leniūt cū eq̄litate. ⁊ cā qm̄ dubitādū ē ne feces du
re retēte ledāt mr̄icem ɔprimēdo ⁊ inde causent doloꝛem. ⁊ h

supposito ꝙ ex se nō hēant būficia: ita ꝙ talia nō sūt neces
saria nisi cū ɔstringit̃ nā valde. ¶ Euitēt foꝛtē ventris cō
pressionē q2 foꝛtis ɔpressio ē cā aboꝛsus: ⁊ iō cliema. Et cō
ueniētia sunt eo cāu iura pinguia malue viole maluauisci
sebestē pruna damascena exiccata tamarindi cassia. māna
⁊ hꝫ. vñ a foꝛtib⁹ abstinēdū pp piculū aboꝛsus. ¶ Euitēt
irā tristitiā timoꝛē ⁊ hꝫ. ⁊ gaudiis moderate letificantibus
vtat̃. ⁊ abstineat a risu multo magno ⁊ frequenti.

Post autē regimē tale hēat regimen p medicina
lia. Et p̄ studēdū ē ɔfortationi stoma
ci ipsaꝝ. q2 vt pꝫ: multū ledit̃ cuꝫ mastice xiloaloes ⁊ hꝫ. q̄
stōm ɔfortant in quibus non sit multa caliditas. d' qb⁹ ad
plenū supra de debilitate stōi. ¶ Item valet in hoc casu ex
hibitio geleniabin i abstergēdo ⁊ mollificādo māe multas
de stōis caꝝ. nā si hꝫ de abstersiuo hꝫ ēt de stiptico ꝙ dico
pp dictum supra de furfuribus. ¶ Item cū ɔfectionib⁹ va
lētibus ad hoc ⁊ matricē ɔfortātibus cuiusmodi ē ɔfectio
de margaritis Aui. in hoc capitulo. certe multum vtilis ⁊
efficax: ⁊ iō eī⁹ descriptionē pono. ℞. margaritaꝝ nō pfora
taꝝ pireti. añ. ʒ. i. zinziberis masticis. añ. ʒ. iij. zedoarie do
ronici sēis apiǰ cassie cardamomi nucismuscate macis cia
mi. añ. ʒ. ij. been rubei piperis macropiperis añ. ʒ. iij. cinamo
mi. ʒ. i. zuc. sublimis ad pondus oīum ⁊ plus. dos̃ ē coclear
vnum. ⁊ est. ʒ. iij. vel circa. ¶ Et vt dcm̄ est studiuꝫ sit vehe
mēs circa stōs eaꝝ. Uñ ɔfice elec. ad h fcā cū zucharo plu
rimo ⁊ spēb⁹ aromaticis nō multū calidis: qm̄ multū cal'a
possent esse cā eductionis embrionis ⁊ ipsoꝝ mēstruoꝛum.
¶ Et intendēs stō vt ɔsuatū ē discurrā p ea q̄ aut appetitum
ledunt aut iuuant. vñ cū appetitus cadit i eis vt cōiter acci
dit in p̄mis mēsib⁹ oꝫ abstinere a piguib⁹ vehementis pin
guedis: dulcib⁹ vehemētis dulcedis: qm̄ talia appetitū dei
ciūt: sꝫ vti debēt cibis subtiliātib⁹ ⁊ incidētibus flegmaticas
māes i stō ɔtētas: vt sunt porri: cepe: ⁊ in pauca q̄ntitate cū
modico aceti ⁊ hꝫ. ⁊ ista exhibeāt coacte h dico: vt ponit̃. ē.
absolute moderant̃. ¶ Itē ⁊ moderat̃ pot⁹ aq̄: ⁊ maxie cū
existe cal'a: vt in mulierib⁹ hñtib⁹ stōm calidū: ⁊ epar calim
ɔplonē calidā. ¶ Itē si accidit ex flegmate ꝙ putrefit i stō
qd̄ ē fm plimū adhuc foret eī⁹ moderat⁹ vsus: qm̄ in tali ē
caliditas extranea ꝑsternēs appetitum q̄ remittit̃ ⁊ tollit̃
vsu aq̄ fride. ɔsidera. ¶ Itē ɔfert vinū odoꝛiferū subtile: sꝫ
paucum. est ⁊. n. iuuatiuū rectificās appetitū. ⁊ illud qd̄ ac
cidit de nausea vomitu plimo. Aui. ¶ Itē ɔferūt oīa que
sunt stiptica cū tpata caliditate: ⁊ laudat̃ vga pastoꝛis i q̄
sunt aliq̄ ptes cal'e: lꝫ ex se frida sit: sed data cuꝫ vino. ⁊ ari
stologia data añ cibū ⁊ post: sꝫ i pauca q̄ntite: q2 sūt displici
bilia fac ɔfectionē ex eis. ¶ Emplm̄ fcm ex citoniis: dactil'
al. siccis: calamo aroma. spica cum vino odoꝛife. antiq̄. Q
si fuerit doloꝛ ⁊ inflatio appone anisum feniculū ⁊ hꝫ.
¶ Ubi aūt appetit⁹ fuerit coꝛrupt⁹ ad carbōes ⁊ hꝫ: oꝫ me
dicus studere in mūdificando stōm cū melle ro. co. ⁊ medi
cinis lenibus: vt statum. deinde dare ɔfortātia stōm vt agre
ste cū vino granatoꝝ ⁊ hꝫ cum zuc. ¶ Et ad ex̄ inūgē ⁊
puluis polipodiǰ exiccati est in h ɔferēs valde ad ex̄ appo
situs: ⁊ q̄dā ad intra dat⁹. sꝫ pur nō ꝙ medicine laboꝛiose
soluētes sunt h cāu suspecte. ⁊ iō bñ ɔsidera: ⁊ nō trāscēdas
mānā aut cassiam: lꝫ aliq laudant reubarbaꝝ: vt mes̃. stu
de itaqꝫ eī⁹ mūdificationi cū his facilib⁹. ⁊ cū discretione.
¶ Dicit Aui. ꝙ sinapi est vltimū in reducendo appetitū
eaꝝ. ⁊. ē. ipsum est dānatū. Iā solutū est. Cōsilit ⁊ oliue sali
te: ⁊ capares. incidunt. n. maxime cū aceto ⁊ absīdūt hūo
rē malū coꝛruptū ⁊ excitāt appetitū. ¶ Et si eaꝝ appetit⁹
esset ad caseuꝫ. habeat̃ caseus recens: humidus ⁊ mollis: ⁊
assēt sup prunas ⁊ exiccet̃. est. n. melioꝛ q̄ siccus acutus ex
sale. ¶ Et nota h viatici. inq̄t. oꝫ vt in p̄ncipio ɔcept⁹ nul
lus ad memoꝛia femine reducat cibaria q̄ illo tpe inueniri
